sti. Et i alijs quidẽ ait. Qui peperit gut=
tas roris nõ naturam ex natura narrãs:
sed vniuscuiusq; creature ex eius volun
tate natiuitatẽ non eñ ex eius substãtia
sunt sed oĩa voluntate eiꝰ facta sicuti fa
cta sunt. Ille siquidem deus est. Hec au
tem ad similitudinem eius verba simi=
lia futura secundum spontaneum motũ
facta ⁊ omnia quidem per eum a deo fa
cta cuncta tamen ex deo que percipiens
⁊ exponens secundum datam tibi diui=
nitus gratiam scribere domino meo ale
xandro festina. Cõfido enim quia si scri=
pseris illi cõuertitur. Saluta omnes q̃
in dño sunt. Ualentem te ⁊ ꝓ nobis orã
tem gratia dei custodiat domine.


Socrates. Capitulum.xvij.



Alia et isti alteru=
tris scribebant cõtra verita
tem se armãtes ad prelium.
Et peius fiebat malum ad
contentionis incendiuꝫ per
eos qui hec scripta suscipiebant. Cõsen
tientes igitur alexandro: et in eius tho=
mo conscribebant: alij vero contraria fa
ciebant. Precipue tñ ex aduerso moue=
batur nicomediẽsis eusebius: q̃n in epi=
stola sua grauiter eius memoriam fece=
rat Alexander. Poterat autẽ illo tẽpore
nimis eusebiꝰ q: tũc imperator nicome=
diã morabatur. Nam ibi ante paululuꝫ
tp̃s diocletianus ⁊ q̃ circa eũ regalia cõ=
stituerant. Propterea ergo multi episco
porũ obediebãt eusebio et ille frequẽter
scribebat alexandro quidẽ vt deserẽs qđ
nẽ qua mouebat tumultũ susciperet ar=
rium ⁊ sequaces eius. Per ciuitates au=
tem diuersis epĩs ne consentirẽt scriptu
ris ⁊ scriptis alexãdri vñ oĩa erant val=
de turbata. Nõ enim solũmodo ecclesie
ꝑsules ratiocinationibus inter se certa=
re videbantur sꝫ etiaꝫ populus diuisus
erat. Alij nanq; istis alij vero consentie=
bant illis: ⁊ ad tñ causa venit incẽdiũ vt
in publico ⁊ in ipsis theatris christiani=

pati derogaretur. Hi quidem in ipsa alexandria positi: tamen iam victores de superioribus persecutionibus facti potius armabant legationesque mittebant ad prouinciales episcopos: hi vero in alteram diuisi partem illorum simili seditioni communicabant.

℄ Capitulum. xviij.



Nascebatur igitur arrianis melicijani qui dudum fuerant ab ecclesia segregati: qui vero sint isti dicendum est. Sub petro alexandrine ciuitatis episcopo qui suscepit dyocleciano imperante martyrium: meliciius quidam episcopus vnius ciuitatis egyptiorum depositus est. Et propter alias multas causas et maxime quia in persecutione fide negata sacrificauerat. Ergo damnatus habuit multos sequaces et heresiarches factus est eorum qui hactenus ab eo in egypto meliciani vocantur nullam iustitie satisfactionem habens cur remanserit ab ecclesia separatus. Dicebat quidem iniustitiam se passum et obloquebatur sepius derogabatque petro. Sed petrus in persecutione percepta martyrii palma defunctus est. Iste vero retulit detractiones in achillam qui et post petrum suscepit episcopatum et rursus in alexandrum qui post achillam noscitur ordinatus. Inter hec igitur superuenit questio arriana: et melicius vna cum suis defendebat arrium conspirationem facta cum eo aduersus episcopum. Quibuscumque enim prauus videbatur arrii secta suscipiebant sibi parrio alexandri sententiam: tamquam iustum contra consentaneos arrii eius videretur esse decretum. Scribebant autem et qui circa eusebium nicomedie: et alii quibus arrii opinio complacebat/quatenus solueretur quidem precmissa damnatio et in ecclesiam damnati reducerentur quasi nihil mali profiterentur. Sic itaque aduersis epistolis ad alexandrinum episcopum destinatis fecerunt harum et earum collationes. Arrius quidem earum et que pro se erant alexander autem contrarium. Et hinc occasio contentionis oborta est heresibus que nunc vbique circumuolant hoc est arrianorum eunomianorum et quecumque macedonio nomen habent. Singuli namque ipsis epistolis testibus vsi sunt in defensionem heresis sue.

℄ Sozomenus. Capitulum. xix.



Umbero sepe supplicantes alexandro qui circa eusebium non inclinassent eum tamquam iniuriam passi malignabantur et acriores ad roborandum arrii dogmata sunt facti concilioque in bithinia colligentes scripserunt ebis vniuersis vt tamquam recta credentibus communicarent arrianis et agerent vt alexander quoque communicaret eis. Dumque eorum studium defecisset alexandro nequaquam consentiente legationes fungitur arrius apud paulinum tyri episcopum et eusebium pamphili pontificem cesarie palestine et patrophilum scytopholeos petens vna cum suis: vt iuberent cum populo quod cum eo erat solennia sacra ecclesie celebrare tamquam ipse prius presbyterorum habuisset officium: esse dicens consuetudinis in alexandria sicut esset nunc vt vno existente super omnes episcopo presbyteri seorsum ecclesiasque obtinerent et populus in eis collectus solenniter celebraret. Tunc illi vna cum aliis episcopis in palestina congregati tale decretum super petitione arrii protulerunt iubentes collectas eos exercere sicuti prius esse tamen subditos alexandro pontifici et deprecari semper vt eius pace communione fruerentur. Cumque etiam in egypto ℬ multis conciliis celebratis heresis pullularet: ita vt vsque ad regalia perueniret et non mediocriter constantinus imperator affligebatur eo quod religione nuper inchoante crescere multos a christianitate dogmatum discordia reuocaret. Et propterea culpabat et arrium et alexandrum eisque scribens arguebat quia cum latere potuisset hec quod eam deduxissent ad medium et vehementi studio contentionis mouissent que nec querenda erat nec ab initio cogitanda aut cogitata potius taciturnitati iure tradenda: cuius vtrique ab alterutris non seiungi potuissent: licet ex aliqua parte dogmatis dissonaret. Alexandro siquidem et arrio aliquid culpans aliquid suadens talia scripsit: quarum literarum pretium hic poni non est incongruum. Tota ei epistola in libris eusebii posita est in vita constantini. ℄ Socrates. Cap. xx.



Victor constantinus maximus pius. Alexan. et arrio. Didici nunc natura presentis questionis originem

quando tu o alexāder a presbyteris req̄=
rebas q̄d vnusquisq̄ eorū de quodā loco
in lege script. magisaūt pvane cuiusdā
questiōis parte sentiret: tu quoq̄ o arri=
qd neq̄ principio cogitari debuerat: aut
cogitatū taciturnitati tradi poti⁹ ꝯpete
bat. Illd improuide ꝓtin⁹ obiecisti: vñ
discordia inter vos emergente mysteria
cōtēnunt. Scisus vero popli⁹ in vtraq̄
diuisus est: cōmunis corporis cōgruētia
separatur. Ergo vterq̄ vestrū et equo vo
luntatē prebēs/in quo vos cōsimul⁹ ve
ster iuste monet obediat: hoc itaq̄ neq̄
requirere dignū ē neq̄ de talib⁹ rñdere
querentib⁹: huiusmodi eñ questiones q̄
nō cuiusdā legis necessitate ꝓpōnūtur/
inutilis vocatiōis tp̄s exquirūt. Et licet
eā cuiuspiā naturalis exercitij fiāt tñ de
bem⁹ eas intra sensum claudere ⁊ nō prō
pte i publica cōciliabula deportare nec
omniū aurib⁹ incōsulte cōmittere. Quā
tus eñ est vnusquisq̄ hoīm vt possit ita
magnarū rerum ⁊ valde difficiliū virtu
tem aut perfectum inspicere aut inter
pretari digne? At si quis hoc facere diffi
cile tamē possit quāte parti populi sua
debit? aut quis tantarū questionum sub
tilitates extra lapsus suij periculū sustī
nebit? Ergo fugiēda sunt in talib⁹ mul
tiloquia: ne forte dum infirmitati nostre
nature minime qd ꝓponit explicatur
mentē discentium auditorū pro tardio=
re intellectu ad perfectā questionis per
ceptionem peruenire non valente: ad ne
cessitatē blasphemie aut schismatis po
pul⁹ adducatur. Quapropter ⁊ interro
gationes incaute et responsiones impro
uide equaz alterutris veniam tribuant
ex vtroq̄. Non enim pro summo legis
mādato apd vos occasio certaminis in
flammata est: neq̄ noua quedam ꝓ dei
religione heresis introducta: sed vnam
eandemq̄ rationem habetis sicut etiaz
vnū communionis signum. Uobis etiaz
inter alterutros ꝓ paruulis et valde mo
dicis contendentib⁹ causis: tantum dei
populū quem vestris orationib⁹ ⁊ prudē
tia cōuenit gubernari discordare nec de
cet nec omnino fas esse credibile est. Ut
aūt paruo quodam exemplo sapientiam
vestram commoneam: nostris etiā ipos

philosophos quia in vno quidē dogma
te cuncti consentiunt. Cū vero in quadā
sententie parte discordant: licet discipuli
ne virtute separetur: tamen ad inuicem
corporis vnitate conspirant. Cū hec ita
sint quanto potius iustuz est vos magni
dei ministros in volūtate religionis al
terutris esse cōcordes. Considerem⁹ itaq̄
ratione maiori ⁊ ampliori intelligen
tia cogitemus: si recte se habeat propter
parua ⁊ vana sermonum certamina fra
tres fratrib⁹ resultare: ⁊ honorem conci
lij per vos impia cōtentione discerpere
dum adinuicem pro sic paruis ⁊ nequaq̄
necessarijs litigātia: vulgaria sūt hec ⁊
infantum magis fatuitatibus cōmodan
da q̄ sacrorum virorum ⁊ prudentiū in
telligentie cōsona. Recedamus ergo vo
lentes a temptationib⁹ diabolicis: magn⁹
noster deus saluator vniuersoꝝ commu
ne omnib⁹ lumen effulsit: cui⁹ prouiden
tia hoc meū ministri dei studiū ad perfe
ctionem venire permittite: vt vos illius
populū mea allocutione et ministerio ⁊
monitionis instantia: ad synodalem pos
sim reuocare communionem: q2 sicuti di
xi vna quedam in vobis est fides ⁊ vnus
scdm vos hereseos intellectus: legisq̄ p̄
ceptum suis partibus in vni⁹ volūtatis
ꝓpositum tendit. Hoc ergo quod vobis
inter alia cōtentionem excitauit qm̄ nō
attinet ad totius legis virtutem separa
tionem quandam et seditionē inter vos
nō debz efficere. Dico autē hec non tāq̄
cogens vos omnibus modis huic satis
optime ⁊ qualiscunq̄ sit consentire que=
stioni. Potest enim ⁊ honor consilij a vo
bis integer custodiri et vna atq̄ eadem
omnibus communio conseruari. Licet
aliqua in vobis particulariter adinuicē
pro paruo quodam cōtentio generetur
quoniam non omnes in omnibus idem
volumus neq̄ vna in nobis natura ver
satur aut volūtas vna cognoscitur. De
diuina si quidem prouidētia vna quedā
in vobis sit fides vna prouidentia: vnus
in deo consensus: que vero pro his friuo
lis questionibus inter alterutros dispu
tata sunt: licet non in vnam sententiam
colligāt: manere tñ intra sensum debēt
mentis ineffabilitate seruata. Commu=

nis autem charitatis precipuũ sacramẽtum: ⁊ veritatis fides: ⁊ honor circa deũ atq; religionem legis apud vos inconcusse ꝑmaneat. Reuertimini ergo ad alterutras amicitias atq; gratiã reddite vniuerso populo vestros amplex⁹ vosq; ipsos velut proprias animas expiantes alterutros rursus agnoscite. Suauiores enim crebro sunt amicitie post inimicitiarum causas ad concordiã restitute. Reddite ergo mihi tranquillos dies noctesq; securas vt quedam iocunditas puri luminis et vite iam quiete apud me letitia ꝯseruet. Si nõ fuerit necessitas in gemitu semp lachrymas grauari ⁊ neq; seculũ libẽter ferre viuẽdi. Dei nãq; populos .i. ꝯfamulos meos sic iniuste ⁊ noxia vestri cõtẽtione diuisos cõgregari iã tempus est. Ut autem huiusmodi tristitie mee magnitudinẽ sentiatis audite. Dudum veniens ad nicomediẽ. ciuitatem repente ad orientẽ pergere festinabam. Cunq; ad vos tẽderem ⁊ plurima iam parte vobiscum essem huius rei nũtio sum retẽtus: ne oculis videre compellerer que impossibile iudicabam ad sensum posse auditũ peruenire. Quapropter aperire iam mihi peruestram concordiã orientis vias quas cõtentione clausistis alterutra velociterq; mihi ꝯcedite vosq; ipsos ⁊ alios vniuersos populos videre letos ⁊ pro communi omnium cõcordia ac libertate debitam gratiarũ actionem fauorabilibus eloquijs deo persoluere.

¶ Sozomenus. ¶ Capi. xxi.



Alexãdro siquidem ⁊ arrio: nunc culpando nũc am[...] monẽdo hec scripsisse dignoscitur. Grauiter autem ferebat audiẽs aliquos contra omnium statutum agere pasche festiuitatem. Tunc etenim in vrbibus orientis discordantes quidam ob hoc alterutra quidem societate diuisi non erant. Iũdaice tamen festiuitatem dominicam celebrabant. Et vt assolet splendorem collecte tali discretiõe fedabant. Propter vtraq; igitur quietam esse ecclesiã festinabat princeps seq; putans hoc malum posse preoccupare antequã ad plurimos perueniret: misit virum circa se fide ⁊ vita simul insignem: ⁊ confessionibus priorum temporum dogmate conprobatum: qui cum pacaret egyptios ꝓpter dogma tumultuantes et oriẽtales propter pascha discordes. Fuit aũt corduba eius ciuitatis episcopus. Cunq; propter spem causa procederet ⁊ heresis potius q̃ pax speratavaluisset/ nihil impetrans remeauit qui fuerat pro pace directus ecclesiarum. Tunc illud famosissimum in nicea cõcilium feruor principis excitauit publicis asinis atq; mulis: et curracibus equis episcopos et qui cum eis erant ad synodũ venire precipiens.

¶ Explicit historie ecclesiastice sozomeni liber primus.

¶ Incipit liber secundus.

¶ Incipiunt tituli libri secundi.

i De presulibus ecclesiarum qui interfuerunt niceno concilio.

ij De libellis oblatis imperatori ⁊ ab eo iussis incendi ⁊ de disputatione dogmatis arriani.

iij De laico simplici confessore victum dialecticũ superãtẽ ⁊ de sene simplici philosopho christianum dogma pandente.

iiij Quomodo in conflictu Alexander constantinopoleos fecit philosophum obmutescere paganorum.

v De prima sessione episcoporum in nicee palatio et de abdicatione arrij.

vj Relatio Eustacij anthioceni de niceno concilio.

vij Relatio athanasij ad afros.

viij De sabbino macedonianorum episcoporum.

ix De fide niceni concilij.

x Quomodo eusebius et theogenius dato penitentie libello recepti sunt.

xi Epistola Eusebij pamphili de fide niceni concilij ad palestinos.

xij Epistola niceni concilij ad Alexandriam et egyptum destinata.

xij Quia nouacianorum epm accersitū euocauit ad consiliū constantinus.

xiij Epistola constantini de arrio et scriptis eius.

xv Quia canones ecclesiastici nicea conscripta sunt et de vicenalibus constantini.

xvj Epistola ad eusebium palestine de cōfectione sacrorum librorum et de repurgio sepulchri dominici.

xvij Libellus penitentie datus euse-bio et theogenio.

xviij De dedicatione et ornamentis ci-uitatis et de cultu hierosolymorum et ligno crucis atque clauis quibus transfixus est dns.

xix De loco vbi vesta olim colebat et archāgeli basilice stat de miracu-lis q ibi p xpi nole celebrantur.

xx De tēporū destructione.

xxj De conuersatiōe gētis nugadorum.

xxij Qr eusebi⁹ nicomediēsis constanti-nopoleos inuasit epatū et de lite-ris constantini aduersus eum.


xxiij Qr rursus eusebi⁹ apud constanti-num impetrata venia pro arria-nis agebat.

xxiiij Qr fraude eustachi⁹ antiochen⁹ sit epatu deposit⁹ et exilio deporta-tus et post cū fuerint ordinati.

xxv De diuisione antiocheni populi propter eustachium.

Incipit liber secundus feliciter. Nomina eporum Niceni concilij.

Sozomenus. Capitulū.j.



Ommunicabant igitur niceno concilio ex apo-stolicis quidem sedibus Macharius hierosolymitanus: Eustachius iam presidens an-thiochene apud oriente ecclesie: et alexā-der alexādrie que est apō stagnū mariā. Iulius autē romanus cōs propter sene-ctutem defuit. Erantque pro eo presentes vitus et vincentius presbyteri eiusdem ecclesie. Super hos aūt et alij plurimi boni et optimi ex diuersis gētib⁹ conue-nerūt. Alij qdē ad intelligendū et docen-dū nimis idonei scientiaque sacrorum librorum et alia eruditiōe disciplinati: vtrisque tute pclari. Alij vero in vtroque pbatissimi vi-ri qrū vtile iudico etiā noīa memorare.

Theodoricus. Tanque stigmata do-mini Iesu in corpore B circūferentiū fm sacrum apostolū. Erat enim Iacob⁹ antiochie migodonie quā siri et assiri nisi-bin appellāt: qui mortuos suscitauit: vi-uos curauit: et alia innumera pbat ope-ratus esse miracula. Sed hec superfluū arbitror huic operi rursus inserere: q in deo amabili rursus historia lati⁹ enarra-mi. Paulus nocerarie: quod est castrum positum iuxta ripas eufrate. Is enim li-cinij rabie demoliti⁹ est. Ambas eī ma-nus ligatas habuerat: ignitoque ferro cō-bustas: quo fuerant nerui articulorum eius a sua nobilitate: siccati atque mortifi-cati. Alij vo dextros oculos effosos ha-buerūt: alij dextras suras abscissas. Un⁹ horum erat pafuncius egyptius: et abso-lute videbatur ibi populus athletarum christi et martyrū i vno loco cōgregatorum de quib⁹ et eusebius pamphili tertio li-bro in constantini vita hec ita dicit.

Socrates. Cunctarum igitur ecclesiarum que totā europam libiāque et asiam replebant, simul erāt ministro-rum dei congesta cacumina vnaque oratio-nis domus tanque a deo dilatata intrinse-cus ferebat: qōs in idē syros simul et cili-cas phenicasque et arabes: atque palestinos. Inter hos et egyptios thebeos lybias necnon et qui ex mesopotamia oriuntur sed etiam persa ad consilium venit epi-scopus. Verum nec scitha defuit eorum choro: pontusque et asia phrygia: et pam-philia viros probatissimos prebuerunt. Aderant traces et macedones achiui et epyrote et horum quoque interius habitā-tes. Ipse autē hispanorum valde famo-sus osius vn⁹ erat et simul plurimis assi-debat. De regia vero ciuitate presul ale-xander propter senectutem defuit: presby-teri vero presentes locū eius implebant. Talē itaque solus a seculo vnus impera-tor constantinus, christo coronam vincu-lo pacis exornās: suo saluatori de victo-ria inimicorum et hostiū deo docibilem de-dicauit. Gratiarum actionis imaginē se-cundū nos apostolica plausiōe constituēs

¶ Tunc igit̃ ille sermo cõpletus est: collectos ex omibus gentibus que sub celo sunt viros religiosos int̃ quos erãt parthi ꝛ medi ꝛ helamite ꝛ qui habitãt mesopotamiã/iudeã/ ꝛ capadociam/ pontũ ꝛ asiã/phrigiã ꝛ pãphiliã egyptum ꝛ greos libie secus syrenẽ/ ꝛ aduene romani iudei ꝛ ꝓseliti/crethes ꝛ arabes. Verũtamen illis hoc deerat ꝙ non sicut isti oẽs ex dei ministris vndiqꝫ ꝯsistebãt. In presenti siqui D dem choro multitudo erat episcopoꝝ numerũ trecentorum excedens: sequẽtibusqꝫ eos ꝑsbyteris ac dyaconibus ꝛ accolitis quoꝝ numerus non poterat cõprehẽdi. Ministroꝝ vero dei alij sapiẽtie sermone fulgebant alij continentia vite ꝛ patiẽtie coruscabãt. Alij vero medio modo horum virtutibus ornabãtur. Erant igitur inter eos alij temporis honorati longinquitate: alij iuuẽtute ꝛ animi robore premicãtes qui nuper venerant ad huius ministerij cursum. Quibus videlicet ꝛ omnibus imperator diebus quotidianis cibaria largiter ordinarat expẽdi. Hec itaqꝫ de his qui ibi collecti sunt pamphili recitauit, Eusebius. Cumqꝫ celebrasset imperator victricem cõtra licinium festiuitatem ꝛ ipse occurrit ad nicẽã. Clarebat autẽ inter episcopos pafuncius ex superiori thebaida ꝛ spiridõ ciprius. Cuius autem rei cã hoꝝ memini postea sunt dictur⁹.

¶ Sozomenus. Capitulum. ij.

Decerant itaqꝫ cum episcopis viri disputationi experti verbis studentes prodesse consilio. Ut autem assolet fieri plurimi sacerdotum tanqꝫ pro causis proprijs decertare collecti tempus se inuenisse putauerunt quo corrigeretur, A quod contristabat eos: et de quibus alium vnusquisqꝫ forte culpabat libellum offerens principi que in eo fuerant commissa narrabat. Cumqꝫ hoc quotidie facile prouenire: precepit iperator certo die singulos de quibus alium culparent facere manifestũ. Cũqꝫ dies constituta venisset libellos oblatos suscipiens. Hec qdem accusationes inquit tẽps habebunt propriũ/idest diem magni iudicij: iudicẽ vero illũ qui tũc futurus est omnib⁹ iudicare. Mihi ergo homini cõstituto de huiusmodi rebus non licet habere auditoriũ/sacerdotũqꝫ. s. accusantiũ ꝛ simul accusatorũ quos minime cõuenit tales debere monstrari ꝙ iudicent̃ ab alijs. Age nunc imitãtes diuinam clementiã in alterutroꝝ veniam condonans accusationes aboleamus alterutras/ ꝛ de his que ad finem pertinẽt agere studeamus cui⁹ hic gratia ꝯuenimus. Hec siquidẽ imperator dicens vniuscuiusqꝫ scripturaꝫ vacare: ꝛ libellos iussit ardere/diensqꝫ diffinimit qua solui que erant dubia conuenirent. Ante constitutũ vero conuenientes apud semetipsos epi: euocauerũt arrij ꝛ ꝓpositis in commune suis opinionibus disputabãt. Cũqꝫ vt assolet ad diuersas questiones cã traheret̃. Alij siquidem suadebant nihil innouandũ circa antiquam fidei traditionem: ꝛ maxime quando morũ simplicitas sine perscrutatione tradebat̃ accedentibus ad fidei sacramentum. Alij vero respondebant nõ oportere sine examinatione sequi sentẽtias antiquoꝝ. Plurimi vero tũc conuenientiũ epoꝝ ꝛ sequentiũ eos clericorũ scientes disputare huiusmodi elocutionũ arte exercitati claruerũt ꝛ imperatori atqꝫ his qui circa eũ erant noti sunt facti. Ex ille eiñ ꝛ athanasi⁹ tũc dyacon⁹ existens: dũ cũ alexandro esset epo hui⁹ studij pars esse maxima videbat̃: necnõ ꝛ quidã grecoꝝ philosophoꝝ opportune harũ disputationũ qõne participari sunt. Alij qdẽ quale esset hoc dogma studentes agnoscere. Alij vero nuꝑ inchoãte religionẽ grecoꝝ deperire xpianis in sensi dogmatis sacramẽta ad verboꝝ certamina ꝓtrahebãt ita vt ꝯ se seditiones exercerẽt certamina ꝓ sibimet inferrent et sepius ex aduerso contenderent.


¶ Socrates. Capitulum. iij.



Unqꝫ plurimi disputatõis de ecclãtõe ĩstarent vn⁹ A qdã ex cõfessorib⁹ laicis simplicẽ hñs sensũ dyalectice ob uiauit dicẽs. Audite igitur: christus et apostoli nõ nobis

non nobis artem dialecticā tradiderunt vanāq; verborū fallaciā: sed purā sciētiā fide ⁊ bonis operibꝰ obseruādā. Hec dicente iuuene ⁊ alo sene presentes qdem mirati sunt dictūq; ꝓbauerūt. Dialectici vero satisfactione suscepta cessauerūt ratione quippe simplicem veritatis audiētes. ¶ Sozomenus.

¶ Fer B tur eñi ⁊ aliud: dū quidā eorum magnificētia sermonū extolleret et illuderet sacerdotibꝰ nō ptulit eiꝰ fastū qdē senex simplex ⁊ innocēs ac ꝓbatissimus ꝯfessoꝝ: sʒ accessit aduersus eū proferre sermonē. Hoc itaq; factū petulātibus qdē ⁊ simplicē sciētibꝰ ꝯfessorē risuʒ mouit maturioribꝰ vero formidinē prouidentibus ne a viro verbis artifice deduceretur ad risum: veruntamen cedentibus vt quod vellet ediscerent: resistere nanq; ei cum talis esset nimium verebātur. In nōie īquit iesu christi / philosophe audi dogmata ꝟitatis. Unꝰ est deꝰ celi ⁊ terre olim visibilium ⁊ inuisibiliū creator qui hec oīa verbi sui virtute fecit: ⁊ spūs sui sctitate firmauit. Hoc itaq; verbum qđ nos inquit filium dei nominamus habita mīa sup homines ab errore eoꝝ ⁊ ferali religiōe liberauit passus ex muliere nasci: ⁊ cū hoibus ꝯuersari: ⁊ mori ꝓ eis: venietq; denuo iudicaturus singulorum vitā. Hec ita se hr̄e sine ꝑscrutatiōe credimus. Noli igit̄ inaniter laborare querens destruere ea que fide percepimus. Noli inuestigare modū quo fieri hec aut non fieri potuerūt. Si eñi credis consulēti mihi ad ista respondc. Obstupefatus ꝟo philosophus credo inquit. Tūc grās pro deuictione persoluēs eadēq; senior eque sectatus est et prioribus cōsectatoribꝰ vt vnanimes sibimet essent persuadebat. Non improuide mutatum se iurās: sed ineffabili quadā virtute ad christianitatē protinus immutatum. ¶ Capitulum.iiij.



Jcitur autez proximū huic miraculo quoddam gestum per alexandrū Constantinopolitane ciuitatis epm. Cum enim venisset imperator Constātinus bizantiū adeuntes eum quidā philosophi querebantur quasi nō deum coleret vt deceret ⁊ circa sacra nouitates exerceret: nouaʒ in republica introducendo culturā: preter que eius maioribꝰ visa sunt ⁊ grecorū romanorūq; principibꝰ quos habuerunt transacta secula placuerunt. Uolebantq; cū alexandro episcopo disputare de dogmate. Ille vero hmōi exercitatione verboꝝ inexpertꝰ erat: de vite qualitate ꝯfidēs. Fuit eñi vir magnꝰ ⁊ cōuersatione mirādus. Cumq; certamē imperatore precipiēte suscepisset: cōuenissent q; philosophi oībus loqui volētibus: vt vnū ex se quē vellēt eligerēt postulauit sancte memorie pater noster alexāder ceteros vero quicūq; essent silētiū tenere: precepitq; vt tm̄mō his que ab vtroq; dicerent̄ intēderēt. Suscipiente siquidē vno eorum disputatiōis vniuerse negotiū ad philosophū sanctus Alexāder. In nōie inquit Jesu xp̄i impero tibi in primis ne loquaris. Et vna cū eiꝰ sermone opus impletum est. Repētē nāq; ille homo vt sermonē audiuit obligato ore cōticuit. Putas ne iustum fuit cōsiderare vtrū maiꝰ hoc miraculū videret̄ vt hō ⁊ hic philosophꝰ sic facile officiū locutionis amitterēt: an certe vt lapis violētia verbi manu diuideretur qđ quidē aiunt Julianum fecisse Chaldeuʒ. Et hec quidem sic acta sunt vt referuntur.

¶ Theodericus. ¶ Capitulū.v.



Nterea sacerdotes sepe conuenientes Ariū A ad medium deducebant: subtilēq; examinationē de eius propositionibus agitabāt. Petulāter eñi in qualibet parte metuebāt proferre sententiā. Hec itaq; sacra ⁊ mirabilis turba ꝑmixtione aduersariorū nō videbatur aliena. Erāt enim inter eos quidā / pauci quidem sed callidi: ⁊ breuia imitātes: celātesq; calliditatē: ⁊ Arij blasphemiā non defendētes aperte. Cōuenientibus igitur vniuersis maximā domū B preparauit in regalibꝰ imperator: sedes ⁊ subsellia in capone ꝑcipiēs que sufficerēt ordini sacerdotuʒ ita decentē preparās eis honorē:

C

innitauit ingredi: et de presentibus habe re conciliũ. Introiuit aũt C et ipse prin ceps vltimus cum paucis laude dignã sui magnitudinẽ habens: et mirabilẽ spe ciẽ: mirabilioremq; gerens dignitatẽ pudo ris in fronte: minore vero sede q̃ aliis po sita in medio eorũ sedit. Primo tñ petẽs sibi hoc eorũ iussione cõcedi. Tunc cum eo resedit sacratissim⁹ ille cho D rus. Primus itaq; magn⁹ Eustachi⁹ Anthio chene sortitus ecclesie presulatũ: nã phi logonius cuius dudũ meminim⁹ ad me liorẽ iã transierat vitam. Et hũc mirabi lẽ virũ etiã nolentẽ ad regimẽ eius eccle sie: decreto cõi pontifices ac sacerdotes et ois populus xp̃ianus venire cõpulerat. Is ergo sconiorũ florib⁹ caput principis exornauit: et studio eius qđ habebat cir ca sacra benedictiões exhibuit. Post hũc aũt Eusebi⁹ cognomine pãphili. Qui bus iã reticẽtibus E famosissim⁹ impa tor protulit de vnanimitate concordiaq; sermones tyrãnorũ eis crudelitatẽ reme morans: et honorabilem pacẽ que sub eo est collata diuinitus simul et q̃ pessimũ et valde crudele videretur: vt destructis hostibus nulloq; presumente resistere: sa cerdotes alterutros iacularent atq; con funderent: et impiis atq; sine deo psonis delectationẽ risumq; preberet. Cũq; de diuinis tractarent rebus et scripũs do ctrinã in scriptis haberet. Euãgelici em libri sunt inquit et aplici antiquorũq; p phetarũ sanctiones q̃ nos erudiũt q̃d de sacra lege sapiamus. Expellẽtes igitur hostile certamẽ ex verbis diuinit⁹ inspi ratis solutionẽ questionum mente perci piamus. Hec et his similia tanquã filius amator patris sacerdotibus veluti patri bus offerebat: aplicorũ dogmatũ studẽs profligare concordiam. Cõcilii vero plu rima pars his que dicebant obediebat: et inter alterutros vnanimitatẽ et dogma tũ salubritatẽ libenter ãplectebat. Pau ci vero quidã quorũ iã meminimus F et super illos minophãtis ephesius: et sci topolitis patrofilus: theogenius nice nus epus et narcisus. Meroniadis q̃ est secunde cilicie quã nunc hermopolis vo cãt. Et cum his theonas marmaricen⁹: ptolomaidis egypti secundus apostoli cis resistẽtes dogmatibus arrium defẽd debãt. Dictãtes em fidei petitionẽ cetuĩ cõmuni dederunt. Que cum lecta fuisset ab vniuersis repente dirupta est et adul tera fraudulentaq; pronuntiata. Turba siquidem et tumultu contra eos ab om nibus habito cunctisq; proditionem ab eis factã accusantibus: pietati formidã tes surrexerũt: et primi arrius abdicarũt excepto secundo et theoma. Cũ ergo fuis set impius ille destructus cõcorditer vni uersi fidem gloriãq; dictãtes que hacte nus in ecclesiis permanet et subscriptiõi bus roborãtes soluere consiliũ. Dolose tñ et non salubriter predicti, viri in fidei terminos cõsenserũt vt testãtur tã q̃ po stea ab eis machinata sunt contra pieta tis propugnatores: q̃ que ab ipsis cõscri pta noscũtur. Capitulum. vi.



Eustachius itaq; antiochenus eps: cui⁹ pri mit⁹ meminĩ hec de eis re tulit: docẽs que facta sunt eorũq; redarguẽs blasphe miam vbi illud etiã pverbiale interptã tur eloquiũ. Dñs creauit me principiũ viarũ suarũ in opa sua. Pergo itaq; iam hinc et ad ea q̃ gesta sunt: Cũ igit ppter hec synodus maxima in nicea venisset vrbẽ et quererent fidei modus aperta qui dẽ impudẽtia Eusebius scripturã protu lit blasphemie: que corã oib⁹ lecta repẽ te cladem importabilẽ causam diuisiõis audiẽtibus irrogauit. Cõfusionẽ tamẽ incurabilẽ suo prouidit autori. Cũq; of ficina capta fuisset: indubitãter Eusebii dirupta iniquitatis scriptura in cõspe ctu omniũ quidã ex tractatu nomẽ expo nentes pacis compescuerunt/ oẽs iustã querimoniã faciẽtes. Arriani autem me tuẽtes ne congregato in idem tanto con cilio pellerẽtur exiliẽtes anathematiza uerunt interdictũ Arrii dogma cõcordi ter subscribẽtes literis suaq; manu con sentiẽtes: et simul se sicut ois synodus sa pere profitẽtes. Cũq; presulibus: vt ita dicam mala calliditatis arte preualuis sent: qui magis debuerant agere penitẽ tiam. Tunc quidẽ latenter postea vero clare damnatas ceperunt allegare sentẽ


ttas sepe ponētes insidias eis a quibus videbātur esse cōuicti: volētesq; zizanio rū germina radicare. Et tūc timētes declinantesq; tanti concilij cognitores ... culte postea pietatis predicatores debellare tentabant. Sed nō credimus hominesssine deo posse preualere cōtra sacrā adorandāq; legem euangelicāq; doctrinam. Nam licet admodū roborētur rursus fortiter et magnifice deuincuntur secundū prophetam gloriose vocis Isaiā. Hec itaq; magnus eustachius.

Capitulum.vij.

Ulus autē concertatoris et veritatis propugnaculi turris A Athanasius successor Alexādri famosissimi psulis quādo scripsit ad afros etiam hec adiecit. Cōuenientes em epi studuerūt verba quidem impietatis ab arrianis inuenta perimere: hoc est ex non existentibus et quod dicebant creaturam et facturam filium et fuit aliquando quādo non fuit et quia mutabilis est nature. Scripturarum vero manifestas posuere dictiones: qr ex deo filius naturaliter vnigenitus est verbum: virtus sapiētia sola patris: deus verus: sicut Ioānes ait. Et sicut scripsit Paul⁹. Splēdorem glorie et figurā substantie docēs esse filiū patris. Qui vero circa eusebiū propria tracti vesania loquebantur: alterutris et dicebant: consentiamus. Nā nos ex deo sumus. Unus em deus ex quo omnia et vetera transierūt ecce omnia noua ex deo sant facta. Cogitabāt aūt et illud quod in pastore ꝯscriptū est. Primū omniū crede qr vnus est deus q̄ creauit vniuersa atq; perfecit et constituit ex non extantibus vt sint. Porro alij episcopi malitiam vidētes illorū vt pessimā impietatis artē: apertius et vt ita dicatur manifestius dixerūt ex eo: idest conscripserint ex substantia patris esse filium: et vt creature quidem eo qr non habeāt a seipsis vt sint: sed habeant principium ... dicant ex deo. Filius aūt sol⁹ proprie ex substātia credat pris. Hoc em ꝓprium vnigeniti est et veri v̄bi patris. Hec itaq; fuit occasio vt ex substātia diceret patris. Rursus aūt requirētib⁹ epis paucos eorū q̄ arriani esse putabantur: si dicerent filiū non esse creaturā sed virtutē et sapientiā solam patris: et imaginē eternam et indissimilē per omnia patri ac deū verū: capti sunt q̄ circa Eusebium innuētes alterutris qr hec veniūt etiam ad nos. Nā et nos inquiunt imago et gloria dicimur dei. De nobis em dr et dictū est. Semp em nos q̄ viuimus et virtutes multe sunt et egressa q̄dē est omnis virt⁹ dei ex terra egypti. Cāpa quoq; et locusta dicitur virtus magna: et rursus dns virtutum nobiscū: sed etiam proprij nos dei sumus. Habem⁹ hoc nō simpliciter quādo et fratres vocauit nos. Si autem et verum deū dicunt filiū non nos contristat. Factus em verus est. Hec est arrianorū corrupta mens. Sed etiam hic episcopi videntes eorū dolum collegerunt ex scripturis splendorē fontem et fluuiū et figuram ad substantiā pertinere. Et illud in lumine tuo videbimus lumen. Et ego et pater vnū sumus. Et clarius iam ac breuiter cōscripserūt cōsubstātialem patri filiū. Omnia nāq; predicta hanc significationē habēt. Murmuratio siqui dē eorū quasi verba hec nō fuissent ex scripturarum autoritate prolata per eos quoq; inanis esse conuincitur. Ex non scripto nāq; ipse impie proferētes quippe quod nusq; penitus inuenitur ex nō extantib⁹ et fuit aliquande quādo non fuit. Alios culpāt propterea ex non scriptis sermonibus pie tamē intellectis dānate sunt. Ipsi nanq; veluti de stercore reperientes hec vere de terra locuti sunt: verum episcopi non sibimet adinuenientes verbo sed habentes hec a patribus testimonia conscripserunt: veteres enim sacerdotes ante eos pene centū triginta magne rome ciuitatisq; nostre accusauerūt omnes qui dicūt facturam aut creaturā esse filium et non cōsubstantialem patri. Et hoc sciebat Eusebi⁹ cesariēsis episcopus qui primū defendebat arrianorum sectā. Nouissime vero scripsit niceno cōcilio. Scripsit aūt et ciuibus suis confirmans: qr et antiquorū aliq̄ues doctos et illos tres episcopos et ꝯscriptores aguo-

misset: nomine cõsubstãtialitatis vsos in patris et filij deitate. Isti ergo ɔciliũ metuentes expositę fidei cõsenserũt secũdũ prophete increpationẽ dicẽtis. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eoꝝ lõge est a me. Theonas autem et secũdus nolentes acquiescere condẽnati [ ] sunt. Postea vero in concilium venientes viginti conscripserunt de cõuersatione ecclesiasticas sanctiones.

[ ] Socrates. [ ] Capitulum. viij.



Sabino itaqꝫ nõ credamus q̃ eos idiotas vocauit imperitos. Sabinus enim heraclie tracen. macedoniarum episcopus habita cõgestione coꝝ que per diuersa cõcilia sacerdotuꝫ ex scripto prolata sunt eis qui nicea cõuenerunt veluti idiotis et simplicibus derogauit: non sentiens q̃m et ipsi eusebio cũ multa probatione confitenti fidẽ velut idiote noscitur derogare. Et aliqua quidem volens preteriũt: aliqua vero mitigauit. Cuncta tamen secundum propriam sumpsit intẽtionem et laudat quidẽ tanq̃ fide dignũ testem Eusebiuꝫ pamphili: laudat simul et principẽ tanq̃ ea q̃ sunt xpianoꝝ dogmatizãtem. Culpat autem expositã in nicea fide tãq̃ ab idiotis et nihil scientibus traditã: et quẽ velut sapientem et sine mendacio testem vocare cõsueuit eius voces sponte contẽnit. Ait enim Eusebius: q: ex viris dei nicea cõuenientibus alij quidẽ sapiẽtie sermone micuerunt: alij cõtinentia vite laudati sunt. Et q̃m imperator presens oẽs ad vnitatem suam concordes et cõsectatores esse perstruxit. Sic ergo contraria dicta sabini nec eusebij atqꝫ cõsortũ eoꝝ sibimet agnoscuntur. Et siquidẽ alicubi opus fuerit de sabino memorabimus. Cõcordia ergo fidei a magno nicea pbata consilio: ab eusebio clara voce laudata hec est. [ ] Capitulum. ix.



Credimus in vnũ deum patrem omnipotentem omnium visibilium et inuisibiliũqꝫ factorem. Et in vnũ dñm iesum xpꝫ filiũ dei natũ ex patre vnigenitũ hoc est ex substãtia pris: deũ ex deo: lumẽ ex lumine deũ verũ ex deo vero: natũ nõ factũ ɔsubstãtialẽ patri p quẽ oia facta sunt et q̃ in celo et q̃ in terra. Qui pter nos homines et pter nostrã salutẽ descendit: et incarnatus et homo factus est: passus: et resurrexit tertia die: et ascendit in celos et venturus est iudicare viuos et mortuos. Et in spiritũ sanctũ. Dicentes aũt. Erat quando nõ nerat: aut non erat anteq̃ fieret aut quia nõ ex extãtibus factus est: aut ex altera substantia, vel essentia dicẽtes esse aut creatum aut conuertibilem filiũ dei. Hos tales anathematiꝫat catholica et apostolica ecclesia. Hãc venerabilẽ fidẽ trecenti quidẽ decem et octo et agnouerũt et amplexi sunt. Et sicut ait Eusebius consonãtes et vnanimes in scriptis explanauerunt. Quinqꝫ vero solũmodo nõ receperunt verbũ consubstantialitatis reprehendẽtes eusebius nichomedie presul: theoginus nicenus: maris chalcedonensis: theonas marmaricensis secũdus ptolomaidis. Dicẽtes consubstantiale esse quod ex aliquo est aut ex ptitione aut ex decursione aut ex plãtatione. Ex plãtatione quidem sicut ex radice germẽ. Ex decursione vero sicut paterni filij. Et ptitione aũt sicut ex massa aurea anuli duo vel tres. Secũdũ nullã aũt hoꝝ inquiũt esse filius dei. Propterea ergo dicebãt in fide non esse cõsentiendũ. Plurimũ siquidem verbo consubstantialitatis derogãtes predicti viri in arriana depositione subscribere noluerunt. Ideoqꝫ synodus arrium et consectatores eius anathematiꝫauit omnes abijcientes neqꝫ accedere in alexandriã preceptũqꝫ principis repente eundẽ arriũ et qui circa Eusebiũ et theoginũ et qui cũ eis exilio depoꝛtauit.

[ ] Capitulum. x.



Eusebius igitur et theoginius post paululũ tpis exiliũ: libellum penitẽtie porrigẽtes in [illegible] de cõsubstãtialitatis [illegible] serunt quod declarabimus procedẽ[illegible]. Tunc autem in synodo eusebius cognomine pãphili et cesarie palestine sor


situs episcopatus:paululū animaduertens atq̧ considerans vtrum oporteret suscipi terminū fidei vna cum aliis omnibus hoc est vni uersa multitudine consensit subscripsit necnō ⁊ populo sub sua diocesi constituto⁊ scripsit terminū fidei ⁊ vbiq̧ destinauit sermonem subtiliter consubstātialis nomē interpretatus:vt nequaq̧ penitus suspitionem aduersam de eo quilibet habere potuisset. Sūt aūt q̄ ab ipso eusebio conscripta sunt huiusmodi verba. Capitulum.xi.



Arbitramur et vos dilectissimi etiam aliūde didicisse fama cō sueta precurrere p̄fectū de his que sunt gesta sermonem. Sed ne huiusmodi auditu veritas vobis aliter nuntietur:necessario direximus vobis primum quidē scripturam q̄ nobis de fide propositam. Nam ⁊ dominus noster ad predicandū discipulos suos mittens ait. Euntes docete omnes gentes baptisantes eos In nomine patris ⁊ filij et spiritus sancti. De quibus ⁊ affirmauimus ita habere ⁊ ita sapere:sed etiam dudum sic habuisse ⁊ ita sapuisse:sed ⁊ vsq̧ ad mortem p̄ hoc instante fide anathematizantes omnem sine deo heresim:hec omnia ex corde sapuisse ⁊ anima ex quo nouim⁹ nosmetipsos:⁊ nunc sapere ⁊ dicere coram omnipotenti deo ⁊ domino iesu xp̄o cuȝ veritate testamur ostensuri probationibus ⁊ satisfacturi vobis quia ⁊ preteritis temporibus ita credidimus ⁊ predicauimus. Hoc a nobis exposita fide nulli relictus est resistendi locus. Sed ipse primus deo amabilis imperator noster rectissime eam habere testatus est:⁊ sic ⁊ taȝ se professus est sapere/⁊ in hac oēs cōsentire/⁊ subscribere/⁊ in his dogmatibus cōcordare precepit:vno solummodo scripto ⁊ incerto consubstātialis verbo. Quod etiā ipse interpretabatur dicēs:quia nō secūdū corporeas passiones consubstantialis dr̄ neq̧ scdm̄ diuisionē neq̧ scdm̄ quādā decisionē ex p̄re subsistere. Non eīn posse naturā sine materia intelligibilē incorporeāq̧ corporalē quādā subsistere passionē:sed facris q̄buſdā ineffabilibusq̧ rōnib⁹ magis intelligēdā. Et sapiētissimus q̄dē ⁊ piissimus imperator ita philosophabat. Fidei ergo explanatiōe dictata quē admodū ab eis dictū sit ex substātia p̄ris:⁊ patri cōsubstātialē nō est sine examinatione derelictū. Cōsultatiōes eīn ⁊ respōsiones dein de mouebant:⁊ mēs perscrutabat doctorū sensum. Et hoc ergo qd̄ aiebāt de substātia cōstabat apud nos significatiuum quidē esse ex patre:nō tñ tāq̄ p̄tē esse patris. Propterea nobis quoq̧ videbat bene se habere vt mēte consentiremus pie doctrine dictāti ex patre filiū esse:non tñ partē eius esse substātie. Quapropter et nos mēte consensimus neq̧ vocē cōsubstātialis refutātes:posita pre oculis nostris pacis intētione:⁊ ab intellectu rectissimo nō cadētes. Secūdū hoc etiā natum ⁊ nō factū suscepimus. Cū factum cōmune esse dicebant opus reliquarum creaturarū factarū p̄ illuȝ. Quarū nihil simile habere filiū cōfitemur ⁊ p̄dicam⁹. Unde non cū esse facturā dicimus quod cōgnit his q̄ per eū facta noscuntur:sed superius quā facture toti us esse substātie quā ex patre natā diuina docere videtur eloquia. Modō quippe generatiōis inenarrabili ⁊ incogitabili existēte vniuerse nature factorē. Sic aūt ⁊ ꝯsubstātialē esse patri filiū rō examinata cognoscit: non scdm̄ corporū modū neq̧ mortalib⁹ animalib⁹ p̄rimū. Nā neq̧ p̄ diuisionē substātie neq̧ p̄fectionē aut mutationē paterne substantie vel virtutis. His eīn oib⁹ ingenita natura patris extranea ē. Sed p̄dicādū est esse cōsubstātialē patri filiū:eo q͛ nullā equalitatē ad creaturas factas dei filius habeat:sȝ soli patri genitori p̄ oēm modū sit similis ⁊ non sit ex alia qualibet substantia vel essentia:sed ex p̄re. Quod etiā ipsȝ hoc mō interpretatū bene se habere visuȝ ē ad ꝯsentiēdū qm̄ ⁊ priscorū ep̄os aliquos ⁊ cōscriptores eloquētes ⁊ nobiles agnouimus in p̄ris ⁊ filij theologia.i.diuina ratiocinatione nomine consubstātialis vsos. Hec itaq̧ de exposita fide sint dicta in q̄ vniuersi consensimus:nō sine animaduersione:sed scdm̄ sensus expositos corā ipso dn̄o amabili examinatore imperatore:⁊

predictis rõnibus concordãtes anathematismum posthidẽ in eis ꝓlatũ:sine:tristitia vero esse credidimus eo ꝙ nõ scriptis vti vocibus ꝓhiberent. Unde pene omnis facta est cõfusio ⁊ indisciplinatio cunctis ecclesiꝭs. Nulla siquidẽ scriptura diuinitus inspirata dicẽte ex nõ extãtibus:aut fuit aliqñ qñ nõ fuit ⁊ reliq̃ q̃ ꝓferebãt irrõnabile nobis visũ est hec dicere vel docere. Qm̃ neq̃ priori tẽpore huiusmodi ꝯsueuimus vti sermonibus. Hec vobis necessario conscripsimus dilectissimi iudiciũ nr̃e examinationis ac cõsensũ vobis innotescẽtes. Et q2 rõnabiliter tũc q̃dẽ qm̃ nos scripta q̃dam modis aliꝭs ostẽdebãt. Postea vero indubitate ea q̃ erãt sine cõtristatione suscepimus. Quapropter magnanimiter nobis sensum verborũ discutiẽtib⁹ placuit cõcordare in his q̃ a nobis ipsis in fidei expositione ꝯfessa sunt. Hec itaq̃ Eusebi⁹ pãphili i cesareã palestine literis explanauit. Alexãdrine vero ecclesie egyptiacis ⁊ libye ⁊ pẽtapoleos ⁊ q̃ vicine sunt. Hec scripsit communi decreto Consulũ.

¶ Theodoricus. ¶ Capitulũ. xij.



Sancte magne q̃ dei gratia Alexandrine ecclesie et dile[c]tissimis fratribus per Egyptum/⁊ libyã ⁊ penthapolim constitutis congregati:⁊ magnam sanctã q̃ synodũ nicea celebrantes episcopi in dño salutem. Quoniã dei gratia ⁊ dño amãtissimi principis nostri. Constãtini cõgregatis nos in vrbe predicta ex prouinciꝭs diuersis ⁊ ciuitatibus magna sancta q̃ synodus celebrata est omnimodis necessario visum est ab hoc sacro ⁊ sancto concilio etiam ad vos literas destinari:vt noueritis q̃ quidem mota ⁊ examinata que vero placuerunt atq̃ firmata sunt. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia et iniqua ⁊ sine deo dogmata arriꝭ atq̃ cõsentiẽtiũ sub presentia deo amantissimi imperatoris nostri Constantini/⁊ omni decreto complacuit anathematisari impiam eius sectã ⁊ iniqua ⁊ sine deo verba:simul ⁊ nomina quibus vtebatur filium dei blasphemans ⁊ dicens ex non extantibus esse. Et iterũ fuit aliquando quando nõ fuit. Quomodo fuit:aut quomodo iterum non fuit:⁊ pro libero arbitrio malitie atq̃ virtutis capabilem filium dei dicentis creaturam nominãtis eum atq̃ facturam. Hec igitur omnia fatua ⁊ anilia:⁊ blasphema:anathematisauit:sanctũ ⁊ vniuersale conciliũ nec vsq̃ ad auditũ impie secte atq̃ rumoris hui⁹ aut intellectuũ iniquorũ sensũ accommodauit. Ea quidẽ que de illis gesta sunt qualem terminũ habuerint omnia iã audistis aut audictis ne nos forte videamur viro obloqui propter delictum suum impropria digna portanti. Tantũ enim valuit impietas vt etiam theonas marmaricenus:⁊ secũdus protolomaidis ea putarent. Idem enim ⁊ illi damnati sunt. Sed quoniã ineffabilis gratia dei illas quidem malas sectas et blasphemias ⁊ discordiam ⁊ audaciam personarum ⁊ diuisionem:predicta commotione destruens liberauit egyptum. Relinquebãtur autẽ que per petulantiã melitiꝭ gesta sunt ⁊ eorum q̃ ab eo sunt ordinati:etiã ex hac parte q̃ placuerint synodo vobis insinuam⁹ charissimi fratres. Placuit ergo melicium quidẽ clementi consilio:dũ subtili vera q̃ ratione nullam veniã mereretur manere quidẽ in propria ciuitate:nullam vero omnimodis habere potestatem neq̃ eligendi neq̃ ordinandi nec in prouincia nec in qualibet ciuitate videri purum q̃ nomẽ tantummodo possidere. Eos autem qui ab ipso sunt constituti mystica ordinatione firmatos habere honorem ⁊ ministeriũ vt tamen sequentes sint modis oib⁹ vniuersorũ in singulis parochiꝭs ecclesiꝭs Romano ⁊ comministro nostro Alexãdro cõsecutorũ ⁊ vt his nulla potestas sit placitos sibi eligere:aut nolẽ eorũ ꝓferre aut oĩno aliq̃d agere ꝑter voluntatẽ ecclie catholice ꝓsulis alexandri. Gratia nanq̃ dei ⁊ orationib⁹ vestris in nullo schismate repertos sed sine macula in catholica ⁊ apostolica ecclesia permanẽtes/dignũ est potestatem habere ⁊ eligẽdi quẽlibet:⁊ nomina eorũ dandi q̃ clero sunt digni:⁊ absolute facere omnia secundum legẽ et sanctiones ecclesie. Si

quem vero contigerit D requiescere in ecclesia tunc prouehi in honorem defuncti/eos qui nuper assumpti sunt. solummodo si videantur digni et populus eos elegerit condecernente simul et consignante maxime alexandrie ciuitatis episcopo. Hoc itaq aliis quidem cōcessum est oibus: in persona vero melecij nequaq eadē placuerunt propter priorem indisciplinationem eius & procacitates eius ac petulantie voluntatem ne vlla daret autoritas vel potestas hmōi qui posset rursus easdē indisciplinationes instruere. Hec sunt precipua & cōpetentia egypto & sanctissime alexandrinorum ecclesie. Si quid autē aliud ordinatum est aut d ogmatizatum presente dño atq charissimo cōministro & fratre nostro alexādro: ipse pñs vobis poterit subtilius aperire tanq autor gestorum & communicator existens. Euangelizamus aūt vobis & de consonantia sanctissimi pasche: quia vestris oratiōibus est correctum etiā hoc opus: ita vt oēs oriētales fratres qui cū iudeis primitus celebrabāt: cōsone cum romanis & vobiscū: & cum oibus ab initio pascha custodientibus ex hoc tpe debeāt custodire. Exultantes itaq in his que gesta sunt & in communi pace atq cōcordia & in eo q oīs radicitus heresis est euulsa. cū maiori honore & āpliori charitate suscipite cōministrū nostrū vestrū pontificē alexādrū: quia nos presentia sua letificauit tātūq laborem pro pace vestra etiā in hac etate sustinuit. Orate simul & pro oibus nobis vt que bene placuerūt firma permaneāt per dñm nostrum iesum xpm secūdū bonā voluntatē facta sicuti credimus dei & patris in spū sancto cui est gloria in secula Amen. Trinitas consubstantialis eterna est: iesus.

Socrates. Capitulū.xiij.



Ex hac igitur epistola synodi manifestum stc: q non solum arrium & consortes ei⁹ anathematizauerūt sed etiā v̄ba secte ipsius. Et quia de pascha concordantes heresiarcham melicium susceperunt. Mouet autem me seruor A imperatoris etiam ex alia eius voluntatis habere memoriam et quemadmodum pro concordia cogitabat. Habebat enim prouidentiam pacis ecclesiarum: vocauit ad synodū & acesiū nouacianorū religionis episcopum. Post q ergo scripta & subscripta est a cōcilio fidei diffinitio requisiuit imperator a cesium si & ipse consentiret in fide & paschalis diffinitiōe festiuitatis. At ille. Nihil inquit noui o imperator synod⁹ diffiniuit. Sic em̄ olim & a tēporibus apostolorū & ipse percepit terminū fidei & tempus paschalis festiuitatis. Porro denuo imperatore requirente: cur ergo te a cōmunione separas: ille ea que sub decio gesta sunt persecutionis tēpore replicauit & subtilitatem acerbissime regule deduxit ad mediū q non oporteat eos qui baptisma peccant peccato quod ad mortē esse scripture diuine pronuntiant cōmunicatione sacramētorū fieri dignos sed inuitandos quidem ad penitentiam. Spem vero remissionis non a sacerdotibus s a deo solūmodo sustinere qui potestatē habet peccata remittere. Hec cum dixisset acesius iperator ait. O acesi pone scalā & si potes ascēde solus in celum. Hec nec Eusebius pāphili nec aliū dixerūt. Ego vero audiui a viro nequaq mētiente qui & valde senex erat & tanq qui viderat ea que fuerāt in cōcilio gesta referebat. Capitu.xiiij.




Synodus autem corrigere volens hominum vitā & in A ecclesiis commorantium posuit leges quas canones appellamus. In quorū tractatu videbatur aliquibus introducere legem vt Episcopi presbyteri dyaconi subdyaconi cum coniugibus quas ante consecrationē duxerāt nō dormirēt. Surgēs autē in medio pafunci⁹ cōfessor cōtradixit. Honorabiles confessus nuptias & castitatem esse dicens cōcubitū cum propria coniuge sua sicq cōcilio ne talem poneret legē grauē asserens esse causam que aut ipsis coniugalibus occasio fornicatiōis existeret. Et hec quidē pafuncius licet nuptiarum esset inexpertus expo-

fuit'. Synodusq; laudauit sentētiā eius ⁊ nihil ex hac parte sanxiuit sed hoc in vniuscuiusq; voluntate/nō in necessitate diuisit. His a concilio ita ∴ dispositis contigit vicēnalia Constantini principis prouenire. Et est consuetudo romanorum vnum quodq; decennium imperatorum publica deuotione celebrare. Oportunum ergo indicans Constantinus inuitauit tunc ad cōuiuia synodum ⁊ donis competentibus honorauit. Ammonitosq; de concordia: fidei et cōmuni inter alterutros pace petita ab eis oratiōe valedixit vniuersis in nicea scribens absentibus que fuerunt in concilio celebrata: et inuitans vt ab omni discordia recedentes concordarēt in exposita concilij fide: que nihil aliud nisi scientia dei videretur ex consonantia tātorum ⁊ talium sacerdotum sancto spiritu constituta ⁊ post inquisitionem subtilissimam ⁊ animaduersionem dubitationum omnium comprobata.


¶ Socrates. ¶ Capi. xv.

VIctor constātinus maximus augustus Episcopis et paulo. Malignos et impios Arrius imitatus: dignum est vt illorum quoq; suscipiat vltionem. Sicut ergo porphirius diuine pietatis inimicus iniqua volumina contra religionem proferens dignā promeruit inuenire mercedem/et talem per quam in posterum esset opprobrio et plurima compleretur infamia. Et nunc placuit Arrium et consectatores eius vocari porphirianos vt quorum mores imitati sunt: eorum vocabulo perfruantur. Super hec autem si qua conscriptio ab arrio facta reperitur/igni tradatur: vt non solum praua eius doctrina depereat: sed neq; vlla ei⁹ possint remanere commenta. Hoc etiā precipio si quis conscriptiones arrij celasse comperitur: et non repente proferens igne consumpserit/mortis supplicio subiacebit. Mox enim vt in hoc fuerit captus capitalem suscipiet vltionē. Deus vos custodiat. ¶ Theodoricus.

¶ Capitulum decimum sextum.


ci ꝛ ex lineis vestibus opiri. Deinde pu-
tans q̄ tā precedenti afflictione q̄ eius
miseratione molliretur: vel nunc inquit
illa obstinatione priuatus nega filiū fa-
bri. At ille dei zelo cōpletus disrupit ve
stem ꝛ iactauit dicens. Si propter hoc
me putas a pietate recedere: habe domū
cum impietate quam possides. Hanc ei⁹
fortitudinē contemplatus: nudum eū
a suo ꝓiecit imperio ¶ Capi.xxxii.

Sain quoqꝫ mille fa
mulorum dominum resisten
tem sibimet negare creatorē
omniū non ferentem requirens quis ser
uoꝝ ei⁹ esset seuissim⁹ ei alioꝝ seruorū
tradidit dominatum. Cui etiam ipsum
quoqꝫ dominum seruire precepit: simul
ꝛ eius vxorem per hoc putans ꝓpugna-
torē se flectere veritatis. Sed spe sua de-
cept⁹ est: habebat enim ille domū in pe-
tra cōstructam. ¶ Capi.xxxiii.

Beniamin etiā dya
conū comprehendēs clausit
in carcerē. Cumqꝫ duo tran-
sissent anni superuenit legata-
ri⁹ romanoꝝ ꝓ aliis causis actur⁹. Et dū
hec agnouisset postulauit a rege vt dimit
teretur dyaconus. Porro rex iussit vt ꝓ-
mitteret beniamin: quia nulli magorū
doctrinā christianorū ꝑdicare ꝓsumeret
ꝛ dimitteretur exire. Tunc legatarius q̄-
dem custodire beniamin quē rex precepe
rat compromisit. Beniamin autē audiēs
monita legatarii impossibile est inquit
nō me participare lumē aliis qd̄ ipse per
cepi. Quāto em̄ supplicio dignus sit qui
talentū abscōdit sacra euāgelioꝝ testa
tur historia. Sed rex hoꝝ tūc nihil agnō
scens iussit eū absolui a vinculis. At il
le predicare nullatenus quiescebat: ꝛ ca
piens eos qui ignoranti e caligine tene-
bant: intelligibili luci iugiter offerebat.
Cumqꝫ transisset annus regi gesta illius
nuntiante. Tunc deductum ad se nega-
re iussit quem adorabat deum verum. Il
le requisiuit a rege dicens: quo dignus

honore est qui suum derelinquēs regnū: inuadere studuerit alienum? Cūq; dixisset rex: morte nouissimoq; supplicio: sapientissimus vir ille respōdit. Quid ergo nō iuste patiatur homo q̄ factorem mundiq; creatorem nutritorem ac saluatorē deserens: vnū conseruorū suorū deificare voluerit et debitum illi cultū isti magis obtulerit? His sermonibus rex accensus: viginti calamos acuit: et totidem vnguibus digitorum eius manuū atq; pedum precepit infigi. Cumq; hoc supplicium ab eo derideri conspiceret: aliū rursus calamū acutū in eius femore vnde humana origo descendit iussit immitti. Cūq; crebro cūcerentur et rursus induceretur: ineffabiles ei dolores operabantur. Post hoc vero supplicium impius atq; ferox virgaȝ grossam spinis vndiq; plenam: per eius meatuȝ iussit induci: et hoc modo spiritū fortissimus decertator emisit. Sed et alia multa ab illis impijs sūt p̄sumpta. Nec tamē mirandū est/quia illorū ferocitatē et impietatem longanimiter deus olim patiatur quādo ante imperiuȝ maximi Constantini quicunq; fuerūt romanorū imperatores contra veritatis ministros vehementer insanierunt. Diocletianus nanq; passionis et salutaris die in omni imperio romanorū destruxit ecclesias: sed nouem transactis annis isti quidem denuo floruerunt et multiplicē magnitudinē susceperunt. Ille vero post rabiem sue impietatis extinctus est. Nam et bella huiusmodi futura dominus predixit: et ecclesie victoriā predicauit. Nos tn̄ ipse quoq; res edocent: q; plus nobis vtilia sunt bella q̄ pax: q; pax delicatos nos remissos facit et timidos. Porro bellum et mentem acuit et presentia quasi transeuntia contemnere persuadet. Sed et hec quidem: et in alio opere crebrius enarrauimus.

Capitulum. xxxiiij.

Alio quoq; tempore quo sacratissimus theodorus antiochenam regebat ecclesiam theodorus mouipsue scie quidem episcopus: sed totius doctor ecclesie: dū contra vniuersam cohortem hereticorum fortiter dimicasset terminū vite sortitus est. Is diodori quidem magni doctrina potitus est. Joānis vero sacratissimi fuit socius atq; cooperator. Cōmuniter eni diodori pocula spiritualia sunt adepti: qui sex et triginta annis mā sit i p̄sulatu et ptra arrū eunomiūq; acies fortissime preliatus est: insidiasq; latronis apollinarij extinxit: optimaq; pascua diuinis ouibus preparauit. Cuius frater Policrinius apamenam rexit ecclesiaȝ: et gratia sermonis/et claritate conuersationis ornatus.

Socrates. Capitulum. xxxv.

Non multo post tēpore q̄ ioannes defunctus est moritur et archadius imperator vir mitis et quietus: et circa fine vite p huiusmodi causa venerabilis estimatur. In vrbe cōstantinopolitanā domus est maxima habēs cognomē carie id est nucis. Est eni in eius domus vestibulo arbor nucis in q̄ sermo est: eo q fuerit appēsus martyr Acatius et defunctus. Ob quam rem etiam oratorium illic est edificatum. Hinc Archadius videre volens ad orationem venit votoq; completo reuertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitātes volentes imperatorem videre currebant: et alij quidem foras domum precesserant: vt melius aspectum principis et ordinem viderent obsequij. alij vero sequebantur. Dumq; omnes cū mulieribus atq; filijs simulq; mācipijs extra domū fuissent egressi repente maxima domus oratorio coherēs subito tota corruit: clamorq; cum āmiratione secutus est: quoniam oratio principis tantos a ruine imminentis periculo liberauit. Archadius itaq; relicto annorū octo filio Theodosio de quo iam plura sunt narrata defunctus est: cōsulatu Basilij et Philippi prima die Maij mensis: anno secundo ducentesime nonagesime septime olimpiadis. Is ergo cum patre quidem Theodosio tredecim regnauit annis: post mortem vero patris quatuordecim: vixit annis triginta et vno.

Explicit liber decimus.

Incipiūt tituli. libri. xj.

i Quia theodosij minoris imperium prefectus regebat anthemius.
ij De attico epo eiusqz moribus.
iij De theodosio episcopo synnade et quemadmodum illic macedoniani conuersi sunt.
iiij Quamodo iudeus paraliticus p baptisma sit curatus.
v De sabbatio heresiarcha eiusqz sequacibus.
vi De morte theodorici arrianorũ episcopi et ordinatione barbas et que sub eo sint gesta.
vij De ordinatione cirilli alexãdrini pontificis.
viij Quomodo apud persas per maruthan episcopum sit christianitas dilatata.
ix Quemadmodum italiam vastauit alaricus.
x De celestino romano pontifice et quomodo nouacianos fuerit insecutus et de sabbato.
xi De seductione et nexib[9] christianorũ que per iudeos alexandriã prouenerunt.
xij De hipacia philosopha quomodo in alexãdria fuerit interempta.
xiij Quomodo iudei presumptionis sue penas exoluerint.
xiiij De iudeo qui dum sepe baptisaretur aqua fontis abscessit.
xv Quomodo disgerdus rex persarum christianos fuerit persecutus et romanis euictus.
xvi Quomodo acacius eps amide captiuos persarũ redemit a romanis militibus venditis vasis ecclesie et pastos cum sumptib[9] ad propria destinauit.
xvij De eudoxia vxore theodosij et de laudibus ipsius theodosij.
xviij Quomodo Joannes tyrãnus in occidente fuerit superatus.

Incipit liber vndecimus.

Socrates.

Capitulum primum.



Sic archadio imperatore defuncto: honorius quidã eius frater regebat hesperias: orientales autem prouincie sub ditione manebãt theodosij minori secum esset annorum octo: anthemio prefecto omnia disponẽte. Erat enim iste nepos philippi qui paulũ epm sub constãtio ab ecclesia expulerat: et macedoniũ introduxerat. Is em muro maximo vrbẽ cõstantinopolim circũdedit. Qui vir sapiẽtissimus inter illius temporis homines: et putabatur et erat et nihil inconsulte faciebat: sed cum multoꝝ cõcilio que erãt agẽda tractabãt et maxime sophiste troilo se credebat.

Capitulum.ij.



Imperatore igitur octo annos agente: tertium annum atticus habebat episcopatũ vir clar[9] et eruditus venerabilis atqz prudẽs. Unde etiã ecclesias sub eo magnũ sumere cõtingit incrementũ. Nõ em solis proprie fidei psonis munificus erat: sed etiã hereticis miraculũ sue sapiẽtie demonstrabat: quos fatigare qdẽ nolebat. Cũ vero eos terrere tẽtasset: denuo mansuetudinẽ ostẽdebat. Et inter hec nõ negligebat eloquiũ. Laborabat em circa veterũ lectiones noctibus eis incũbẽs. Quapropter nõ cũ mouebãt philosophice aut sophisticce lectiones. Erat em cum fabulãtibus gratus: cũ tristibus mestus et absolute secũdũ apostolũ omnib[9] oia factus est. Primo qdẽ cũ presbyter esset libros faciebat et meditatos corã ecclesia recitabat. Postea vero etiã fiduciã cũ labore sortitus sub oculis doctrinã laudabilẽ pferebat. Nõ tamen tales erãt eius sermones vt etiã ab auditorib[9] scriberẽtur traderẽtur. Que vero eius tẽporibus memoranda prouenerunt enarrabo.

Capitulum.iij.



In synnada pacatiane frigie ciuitate: theodosius qdã erat eps et macedonianos

cũ illic plures essent insequebatur ⁊ non
solum eos ciuitate sed etiã ab agris ni=
mia crudelitate pellebat dũ orthodoxo=
rum ecclesia persecutiones inferre nõ so
leat. Quod ille nõ zelo recte fidei/sed ꝑ
pecuniarũ amore faciebat. Contra vni=
uersos tam clericos ꝗ̃ iudices ꝓuincia=
les armabat ⁊ precipue agapitum eorũ
turbabat episcopum. Cũq̃ iudices pro=
uincie ad inferenda tormenta sibi suffi=
cere nõ putaret: cõstantinopolim est pro
fectus vt prefectorũ solatia mereretur.
Ibiq̃ posito theodosio ꝓpter huiusmo=
di causaz agapitus macedonianorũ epi
scopus ad meliorem se contulit partem.
Habitoq̃ tractatu cũ omni clero ⁊ euo=
cato populũ sibimet subiacentem suasit
eis vt ꝯsubstãtialitatis susciperẽ fidem.
Hoc facto repẽte cum maxima multitu=
dine magis cum omni vt ita dixerim ci=
uitate ad orthodoxorum ecclesias venit:
⁊ oratione facta: sedẽ in qua theodosius
presidere solebat obtinuit. Tunc vniens
populum ⁊ de cetero fidem consubstan=
tialitatis docens: ecclesiã tenuit synna=
densem. His itaq̃ gestis non post multũ
temporis theodosius cum prefectiano=
rum venit auxilio. Et nihil sciens horũ
que fuerant gesta ad ecclesiam propera=
uit. Ex qua ab omnibꝰ expulsus: rursus
constantinopolim remeauit: ⁊ apud epi
scopum atticum que fuerãt contra eum
gesta deposuit: quẽadmodũ irrationabi
liter episcopatu fuisset expulsus. Atticꝰ
autem cognoscens vtilem causam eccle=
sie prouenisse: theodosiũ quidẽ verbo cõ
solatus est vt patienter ferret preponens
autẽ causis personalibus generalẽ vtili
tatẽ scripsit agapito vt teneret ẽpatum
nihil de inimicitijs cogitaret theodosij.

¶ Capitulum. iiij.

Hoc igitur vnuz est
rerũ vtiliũ que attici tempo=
ribus in ecclesia ꝓuenerũt.
Sed neq̃ miraculorũ aut sa
nitatũ hijs defuit cã tꝑibus.
Quidã nãq̃ iudeus cum paraliticꝰ esset:
pluribus ãnis i lecto iacebat. Cũq̃ ois
medicina ei fuisset exhibita: ⁊ cũctoꝝ iu
deorũ nihil oro ꝓualeret: nouissime ad
baptismatis christiani gratiã confugit
huic soli veritatis medicamini se cõmit
tẽs: hoc velociter episcopo attico nũtia=
tur. Quẽ catecuminũ factũ et spem chri
sti promittẽs deportare cum lecto ꝑcepit
ad baptismũ. Uerũ iudeus paraliticus.
baptismũ vera fide suscipiens cũ de fon=
te fuisset leuatꝰ egritudine repẽte priua
tus est: ⁊ de cetero sanꝰ fuit. Hanc igitur
curã virtus christi etiã nostris tẽporibꝰ
demonstrauit. Qua causa plurimi paga
norum credẽtes baptisati sunt. Judeos
aũt licet signa querẽtes: hec tamẽ nõ pro
uocauerũt ad fidẽ: his ita apud christia=
nos gestis plurimi paruipẽdẽtes in sua
neq̃tia permãserũt. Et nõ solũ iudei tan=
tis prodigijs resultabãt sz etiã sequaces
eorũ similia sapuisse conuicti sunt.

¶ Capitulum. v.


Sabbatius itaq̃ cu
ius dudum fecimus men=
tionem nolens in suo ordi=
ne manere presbyteratꝰ de
siderabat episcopatuz. His
deq̃ tẽporibus recessit ab ecclesia noua=
tianoꝝ occasionẽ hñs quasi ꝓpter obser=
uationẽ pasche iudaici. Faciebatq̃ col=
lectas cõtra sisinniũ suũ episcopum in lo
co ciuitatis qui xerolotus appellatur in
archadij foro. Illic enim rẽ cõmisit val=
de periculosam. Die nãq̃ festiuitatis in
euãgelica lectiõe vbi scriptũ est: erat em̃
pascha iudeorũ: verba que nusq̃ scripta
neq̃ audita sunt ꝑsumpsit adijcere idest
maledictꝰ: q̃ preter azimas celebrauerit
pascha. Hoc auditũ percurrit in populũ
⁊ simplices decepti/nouatianoꝝ laicorũ
cõuenerũt ad illũ. Quod tamẽ malũ non
remãsit inultũ: sz in finẽ pessimã eius fal
sitas est conuersa. Post paululũ em̃ duz
ad quãdã festiuitatem multi cõcurrerẽt
vt vigilias solite celebrarẽt formido su=
bito demonica irruit sup̱ eos quasi sisin=
nius eorũ ep̃s veniret cũ maxima multi
tudine. Factaq̃ turba q̃ppe nocte ⁊ in an
gustie loco comperti semetipsos cõtriuẽ
runt ita vt vltra. lxx. homines morerẽ=
tur. Hoc factum plurimos a sabbatiano
rum secta ꝓhibuit: quidã vero in eius st
ulticitate manserunt.

Capitulum.vj.



Odē tēpoze dozotheus arrianorum presul quē ab anthiochia constātinopolim transtulerūt cū centum decem & nouē vixisset annos defunctus est cōsulatu honorū septimo: & theodosij secundo: sexta nouembris mensis: post quez arriane superstitionis barbas ordinatur episcop⁹. Sub hoc itaq; barba per duos presbyteros eloquentissimos arrianorum religio floruit: quorum alter thimotheus/alter georgius dicebatur. Sed georgius doctrina helladica erudit⁹ erat: thimothe⁹ sacris literis incumbebat. Et georgius quidem semper aristotelē & platonē habebat in manib⁹. Thimotheus origenez ita vt etiaz lingua hebraica loqueretur. Thimotheus dudū psaltirianorum fuit hereticorū: georgiū barbas presbyterum ordinauit. Thimotheū itaq; ego ipse vidi & cognoui quēadmodū interrogātib⁹ erat respondere paratus/soluēs obscurissimas questiōēs q̄ in diuinis inueniūtur eloquijs testē vocās veracissimū origenē. Mihi tū videt[ur] mirabile quomodo tales viri in arrianorū lege mānserūt quorū vnus quidē platonē semper habebat in manib⁹. Alter respirabat iugiter origenē dū nusq̄ plato scd'az vel tertiā causam sicut ipse nominare solet initiū substētie asserat percepisse: & origenes coeternum vbiq; fateatur filium patri. Qui licet in sua sentētia mānserint: religionē tamē arrianā perduxerūt latēter ad meliora. Multas nanq; arrij blasphemias doctrinis proprijs expulerunt.

Capitulum.vij.



Ater hec defuncto theophilo passione litargica, cōsulatu honorū nono: et theodosij quinto: facta contentione propter episcopatū inter thimotheum & cirillum die tertia mortis theophili cyrillus ordinatur episcop⁹: & maiori fastuq̄ theophilus tenebat episcopatum. Qui mox episcopatus sui principio nouacianorū claudēs ecclesias oia vasa eorū sacra percepit episcopūq; eor theopōpū reb⁹ quas habebat omnib⁹ spoliauit.

Cap.viij.



O tēpoze apud persas est christianitas dilatata. Inter romanos enim et persas semper ꝓpter diuersas causas mittūtur legationes. Tūc ergo casus attulit: vt merutas mesopotamen⁹ episcopus cuius dudū meminimus: a romanorum imperatore ad persarum destinaretur regem. Qui multā reuerentiā apud maruthaz inueniens eūq; decēter honorabat & tāq; diuinū respiciebat virū. Hoc factum mordebat magos metuētes ne regem christianum fieri suaderet. Nā cū dolore capitis multo tēpore torq̄retur: magis eum curare nō valētibus maruthas orationibus fecit incolumē. Ob hanc ergo causam moliti sunt quandaz magi fallaciā. Et q̄m per se ignē colunt cōsueuitq; rex in quadā domo ignē ardentez perpetuo suppliciter adorare: magi sub terra hominē quendā abscōdētes tēpore quo rex solebat orare: & eū talia clamare fecerūt. Mitte foras regem: impie eīn regit: q: sacerdotem christianorū iudicat esse venerandū. Hec audiens disgerdis persarum rex: licet reuerētiā haberet: tū maruthā abijcere cogitabat. Porro maruthas vere deo venerabilis homo vacabat orationibus per quas inuenit dolum magicis artibus fabricatū. Ueniēsq; ad regē noli inquit illud rex: sed ingressus dū audieris vocem fodi iubet: doli causas inuenies. Nō eīn ignis loquitur: sed hominū molimina huiusmodi esse noscunt. Hoc dicto flexus est persarum rex. Et rursus ingressus vbi ignis inextinguibilis seruabatur: cū audisset vocem iussit fodi locū. Tūc qui mittebat quasi diuinā vocez inuētus arguitur. Iratus itaq; rex magorum genus vsq; ad decimā iussit immi nui portionem. Hoc facto maruthe dixit vt templa que vellet edificaret. Ex hoc apud persas sumpsit christianitas incremētum. Tunc igitur maruthas a persis cōstantinopolim remeauit. Et nō longo post tempore rursus destinatus est. Ite-

rū́qꝫ magi machinabātur ne eū́ suscipe-ret rex. Fecerū́tqꝫ fetorē quēdā in locum unde rex transire solebat: & quasi a chri-stianis factū́ fuerit derogabāt. Cū́qꝫ rex suspectos iam habens, magos hoc cum studio requisisset denuo ab eis cōcinatū́ esse cognouit. Quāobrē plurimos eorū supplicijs tradidit. Maruthan vero po tiori honore coluit: & romanos valde di-lexit: eorū́qꝫ amplexatus est pacem. Qui pene christianus fieri potuit dum aliud miraculū́ per maruthā & ablatā persidis cpm prouenisset. Ambo nā́qꝫ molestū́ de monē a regis filio ꝓtulerunt orationibꝯ vacātes atqꝫ ieiunijs. Post hec alijs dis-gerde defuncto anteqꝫ fieret xpianus ad eius filiū́ peruenit imperiū́. Cuius tem pore inter persas atqꝫ romanos pacta so luta sunt. ¶ Capitulum. ix.

Er idem tēpus in-nocētius primꝯ rome noua-cianos persequi cepit mul-tasqꝫ eorum tulit ecclesias. Quo tēpore roma est a bar-baris depredata. Alaricus em̄ quidam barbarus ditioni romanorum / & theodo sio imperatori subiectus: atqꝫ cōtra euge-niū́ tyrānū́ solatia pbēs: & ppterea roma nis dignitatibꝯ honoratꝯ: felicitatē suā nō ferēs imperare qdē nō elegit: sed di-scedēs ab vrbe cōstātinopolitana venit ad partes hesperias. Cū́qꝫ venisset illiri cū́ oīa subuertebat: & trāsiēs thessaliam habita ꝯgressiōe circa fluuiū́ pinū́ apud nicopolim epyri (pene tria milia viros eius thessalū́ peremerū́t. Post hec autē quicquid eis incurreret destruentes no-uissime rome venerū́t. Quā vastātes plu rima quidē miraculorū́ eius igne cōcre-mauerū́t pecunias aū́t abripuerū́t mul-tosqꝫ senatorū́ ordinis diuersis subdide-re supplicijs. Deridētesqꝫ romanorū́ re-gnū́ imperatorē fecerū́t quendā nomine attallū́: quē vna die tā́qꝫ imperatorē fe cerunt procedere altera vero serui sche-mate ministrare. Hec dū́ egisset alaricꝯ in fugā repēte cōuersus est: fama proce dēte qꝛ theodosius imperator contra eū́ misisset exercitum que fama non fuit fi-cta sed vera: nanqꝫ exercitus veniebat.

Fertur itaqꝫ: qꝛ cū́ alaricus pergeret ro-mā vir quidā venerabilis cōuersatione monachus eū́ monuisset: vt mala talia facere nō auderet: neqꝫ necibus gaude-ret aut sanguine. At ille. Nō inquit ego volēs romā ꝓfici scor: sed quidā quotidie mihi molestus est torquēs & dicēs. Per-ge & romā destrue ciuitatē. Hec etiā de his dicta sufficiant.


¶ Capitulum. x.

Nter hec celestinꝯ rome ordinatur episcopꝯ: qui etiā nouacianorū ab-strarit ecclesias & eorū́ epi-scopū́ nole rusticulū́ in oc-culto coegit celebrare col-lectas: vsqꝫ ad illud nā́qꝫ tēpꝯ plurimas nouaciani habebāt ecclesias. Porro con stātinopolitani nō talia pertulerū́t: sed cū́ eos diligerēt, etiā intra vrbē eos col-lectas facere permiserunt. Moriēte ve ro sisinio nouacianorū́ episcopo crisan-tus ad episcopatū́ trahebatur: vir mul-tis romanorū́ dignitatibus honoratus. Quo fugiēte sabbatiꝯ se tēpus opportu-nū́ ad episcopatū́ inuenisse credēs / fecit quosdā ignobiles sibi manus imponere iusiurādū́qꝫ quod prebuerat paruipen-dēs. Cuius mores cum populus abhor-ruisset: chrisantū́ p loca omnia require-bāt. Quē inueniētes in bithinia inuitū́ sacerdotiū́ suscipe coegerū́t. Qui nihil percipiebat ecclesie nisi dñico die duos panes. ¶ Capitulū́. xi.

Asiquidē tēpesta-te iudeorū́ gēns ab alexan-dria est huiusmodi causa proiecta. Alexādrinorū́ po pulus plusqꝫ alie ꝯ̄ratiōes seditionibꝯ deditus est qui si occasionē acceperit importabilia ma-la cōmittit. Nam preter sanguinem non cessat a lite. Cōtigit itaqꝫ, tū́c vt inter al-terutros cōtentiones haberēt: nō ꝓpter necessariā causam: sed ꝓpter studiū́ pā-tomimorū́: qꝛ enim is qui die sabbatorū́ saltabat plurimū́ habebat populum iu-deorum dū́ vacantes nō auditioni legis sꝫ theatris occuparent: ea dies litigiosa

extitit iter partes. Cūq3 hoc aliquaten⁹ fuisset ab alexādrie prefecto correctum: nihilominus māsere iudei. Et cū essent semper christianis infensi cōtra pātomimos eorū amplius dimicabant. Tunc igitur orestes prefectus alexādrie festiuitatē quandam quam policiā vocant/ in theatro celebrabat vbi ⁊ aderant quidam armatorū cirilli: dispositiones prefecti volētes agnoscere. Inter quos qdā nomine gerax ductor puerilīū literarū: ⁊ cirilli feruentissimus vehementer auditor: ac sollicitus plausus in eius expositionibus excitare: hūc itaq3 geracē cū vidisset in theatro iudeorum turba clamabat aduersus eū quia pro nihilo venerit nisi vt in theatro seditiones inter populos excitaret. Uerum horrestis diudū habens odiū contra cirilli superbiā arreptum geracē publice fecit in theatro agitari vberib⁹. Hoc cirillus agnoscens: conuocatis prioribus iudeorū (vt decebat ammonuit) ne contra xpianos seditiōes excitarent. Porro turba iudeorū hoc paruipendēs maiora cōtra xpianos tractauere molimina. Dātes itaq3 sibimet signum vt anulum factū ex palma omnes haberēt in digito cōtra christianos hoc mō dimicauerunt. Fecerūt em̄ quosdā de suis vna nocte per omnes ciuitatis discurrere regiones clamātes quoniam alexandria arderet ecclesia. Ob quā rem christiani vndiq3 concurrebant/ quasi ecclesie flāmas extinguerēt. Porro iudei ignorātes interimebant: se metipsos per signū anuli cognoscentes ac parcentes alterutris. Facto autē die latere nequiuerunt. Ob hāc rem permotus cirillus cū maxima multitudine synagogis astitit iudeorum: ⁊ illas quidē abstulit iudeos autē expulit ciuitate eorumq3 substātiam diripere populis imperauit. Hoc ergo modo iudei a temporibus alexandri macedonis illam habitātes vrbem: tunc nudi prorsus expulsi sunt ⁊ per singula loca dispersi. Adamāchius vero medicine sophista cōstantinopolim veniēs christianum se fore promittens postea reuersus in alexādriam est. Igit̄ alexandrie prefectus horrestes valde contristabatur eo q᷑ populosam vrbem ita desolatā repente cōspiceret. Unde etiā principi retulit quod prouenit. Sed ⁊ cirillus delicta iudeorum imperatori nō tacuit: ⁊ horrestis amicitias cogente populo postulauit. Cūq3 prefectus amicitiarū verba refutaret euangelia obtulit ei cirillus. Et dū neq3 sic ei⁹ corda subigerentur: hec denuo prouenerunt. Monachorum quidam in mōte nitria cōstituti fautores theophili ex illo quo cōtra dioscorum iniuste fuerit coarmatus etiā pro cyrillo libēter prelia susceperūt. Relictisq3 monasteriis viri pene quingenti ⁊ venientes ad ciuitatem procedentem in carpento prefectū immolatorē idolorū paganūq3 clamabāt. At ille putans immissiōe cirilli factū: clamare cepit Christianus sum/ ⁊ ab attico constātinopolim baptisatus. Illis hec v̄ba despicientibus ammonius quidam eorū p̄fectū petra percussit in capite. Qui repēte completus est sanguine ⁊ recedentibus officiis atq3 lapidum impetū declinātibus cum paucis remāsit. Inter hec populus cōcurrebat vt prefecti vindicaret iniuriā. Detentūq3 ammoniū tādiu v̄berib⁹ castigauit donec traderet morti. Non post multū hec nuntiātur imperatori. Corpus autē ammoniū sumens cirillus: in quadā ecclesia sepeliuit eiq3 aliud nomē imposuit vt non pro sua culpa: sed pro christo mortuus crederetur. Cui laudes quasi martyrib⁹ offerebat. Sed qui vere nouerāt q᷑ dignas suscepe rat pro suo scelere penas cirillum valde culpabant. Sed neq3 in hoc solummodo cirilli ⁊ horrestis aduersitas cōquieuit quādo post hec aliud est exortum.

Capitulū.xiij.



Erat in alexandria quedā mulier hypacia noīe filia theonis philosophi: et tantū erudita vt super philosophos ei⁹ tēporis emineret: ⁊ platonicā scholā a plotino veniēte: susciperet ipsa successionē atq3 oēs philosophicas lectiones exponeret. Quapropter oēs currebant ad eā propter honestā doctrine fiduciā. Ueniebat em̄ etiā ad iudices nec habebat vllā verecūdiā apud iudicē permixta viris dū

eā cuncti pro sui castitate venerarētur. Tunc ergo inuidia contra hāc feminam est accēsa. Duz eni crebro pergeret ⁊ ad horestem ecclesiasticus populus motus aduersus eā est tāq̄ ipa cū ab amicitiis prohiberet episcopi. Quamobrē conspirātes viri acerrimo feruore pulsati quorum dux erat quidā petrus lector obseruauerunt mulierem ad propria remeantem/eā de vehiculo deponētes ad ecclesiaz que vocatur cesaris;traxerunt/et vestibus exutam lapidibus peremerunt. Quaz postea membratim dilacerantes in loco qui dicitur cinarus igne concremauerunt. Hec res non mediocrez liuorem cirillo ⁊ alexandrine concussit ecclesie. Aliene nāq̄ sunt a christianis cedes ⁊ pugne Hec igitur acta sunt quarto anno episcopatus cirilli:cōsulatu honorii decimo:⁊ theodosii sexto: mense martio ieiuniis existentibus.

¶ Capitulū.xiii.

Post paucum vero tēpus iudei rursus illicite cōtra xp̄ianos agentes / puniti sunt in loco qui dicitur nestar:posito inter calcidem ⁊ anciram syrie. Hec itaq̄ iudei consueta quedā risibilla celebrantes per ebrietatē accensi inter alia christianis ipsiq̄ christo derogare ceperunt deludentes cruci ⁊ spez in eo qui est crucifixus habentibus. Comprehendentes igitur infantulum christianum alligatū cruci suspenderunt. Et primuz quidē deludebant ⁊ irridebāt ei. Postea vero correcti vesania ipuz infantulū verberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira congressio inter eos atq̄ christianos exorta est. Quod dū principes agnouissent prouinciarum iudicibus mandatum est vt huiusmodi quererentur autores ⁊ punirentur ⁊ hoc modo dignam vltionē sue nequitie receperunt.

¶ Capitulū.xiiii.

Alsiquidē tempestate iudeus quidam seductor: ficta christianitate crebro baptisabatur,et hac arte pecunias congregabat. Cumq̄ multis heresibus illusisset arrianorum atq̄ macedonianorū: postremo ad ecclesiaz venit orthodoxorū. Cui dum tempus ieiuniorū fuisset impositū/multisq̄ adhuc diebus occuparetur cepit festinare vt quasi i feruēti studio baptismatis dona perciperet. Preparat' baptisma ⁊ vestigia ꝯgrua baptismatis. Cūq̄ fons fuisset implet' deducit' inde' ad baptisandū. Tūc dei q̄dā inuisibilis virt' aquā disparere pcepit. Cūq̄ presentes nō cogitātes dei virtutem aquam per cuniculum proprium defluxisse suspicarētur diligēter vndiq̄ clausum rursus impleuerūt fontē. Et denuo deducto iudeo aqua disparuit. Tūc sacerdos. Quid mali inquit fecisti hō. An certe nesciēs baptisma iam potitus es? Ob hanc rem cum diuersi concurrerent:quidā iudeus recognouit quem baptisatuz ab attico episcopo ipse susceperat. Et hoc modo illius fraus vniuersis apparuit.

¶ Capitulum.xv. A

Interea defūcto disgerdo rege psaꝝ:ci' filius barabanis ci successit. Hinc istigat' a magis crudelib' torq̄bat suppliciis xp̄ianos. Cūq̄ xp̄iani apō psas opprimerent' cōfugiūt ad romanos eoꝝ petētes auxiliū. Quod atticus ep̄s libēter excipiēs eosq̄ quātū erat possibile souēs q̄ gesta fuerāt theodosio nūtiauit imperatori. Eo quoq̄ tpe etiā alia causa ꝓuenerat que romanos persis faciebat infensos. Quoniā perse aurifossores quos a romanis ad mercedez acceperāt reddere contemnebāt: ⁊ quia onera negotiatorum romanoruz violenter abstulerant. Cuz illa ergo ingratitudine etiā christianorū ad romanos confugientiuz est adiecta. Mox ergo persaruz rex legatos mittit repetēs fugiētes. Porro romani nequaq̄ ad se ꝯfugiētes reddere voluerunt:non soluz supplices liberate studētes sed pro christianitate libenter omnia sustinere. Quamobrē dimicare q̄ pituros christianos tradere potius elegerunt. Solutis igit' propter hoc pactis bellum crudele commissum est. B De quo absurdum nō est pauca narrare. Romanoꝝ igit' impator misit

exercitū: cui preffuit militie magister ardaburius. Is em̄ persicā regionē p armenie fines ingrediēs vnā eius prouinciā azanienſem valde vastauit: cui/cū plurimo exercitu narzeus dux parthoꝝ regi occurit. Factaq; ꝯgreſſiōe deuictus eſt. Quo facto cogitauit p mezopotamiā romanoꝝ prouinciā sine custodia cōsistentem inuadere: ⁊ hoc modo de romanis vlcisci. Sed romanoꝝ ducez narsei cōsiliū latere nō potuit. Depdatus em̄ azazenam velociter regionem ⁊ ipse mesopotamiā venit. Et ideo narseus lʒ multum habuisset exercitum: romanoꝝ terras introire non potuit: sed veniens ad nisibin persarum ciuitatem in confinio cōstitutā ardaburio mādauit/vt diē ⁊ locum statueret pꝛelioꝝ/ At ille venienti bus. Nuntiate inquit narseo quia non quando tu volueris romanorum pugnabunt imperatores. Uerū imperator deo soli spez belli committens destinauit exercitū. Et qꝛ fideliter deo supplicans recēte impetrauit auxiliū hinc dat agnosci. Dū igit cōstātino C polim p euētu belloꝝ estuatio magna consurgeret angeli dei iter agentibus per bithiniaz ad vrbē constantinopolim se demōstrauerunt iubentes vt cōfiderent ⁊ orarēt ⁊ deo crederent: quia romanos victoria sequeretur: dicētes se mediatores belli directos a deo. Hoc auditum nō solū ciuitatem sed etiam milites confortauit. Cūq; ad mesopotamiaz bellū fuisset de armenie regiōe trāslatū: romani persas nisibi/clausos fortiter obsidebāt: ligneas turres faciētes aduersus eos: casq; contra muros applicātes ⁊ plurimos d̄ muris cōtra se pugnantiū perimentes. D Porro bardebanis persaruz rex audiēs azazenam regionē ab eis fuisse vastatā ⁊ eos qui in nisibi clausi videbant obsessos: seipsum cū magno exercitu pꝛepāra uit occurrere. Miratusq; romanoꝝ v̄tutē sarracenoꝝ solatia postulauit. Quorū tūc erat rex alamūdarus vir fortis ⁊ pꝛeliator q̄ dū multa millia sarracenoꝝ haberet persaꝝ regi victoriā pmittebat seq; ei anthiochiā syrie traditurꝝ sed nō cōtigit qđ putauit. De⁹ em̄ olb⁹ sarracenis quēdā irrationabilē metū latenter inieci: ita vt putarēt sibimet romanos insistere. Turbatiq; nec habētes quo se gerēt in fluuiū effratē semetipsos armati pꝛoijciebant: vbi plus cētū milia virorū necati atq; ꝯsumpti sunt. His ita puc nientibus nisibin obsidētes cū audirēt persarū regē plurimos elephātos adducere perterriti: cuncta quidem obsessionis machinamēta concremauerūt ⁊ ad ppria loca reuersi sunt. Que vero ꝯgressiones postea pueneruut. Et quō arrobindas alter romanorum magister militum fortissimum persarum monachum itercmit. Aut quō ardaburius septē fortissimos persaruꝫ duces insidijs captos occidit: vel quomō biacianus alter dux romanorum reliquos sarracenos extinxit pretereundūz est ne videar multum a pposita relatione digressus E Que tunc igitur gerebātur velociter imperatori theodosio nuntiata sunt. Quō autē hoc cito cognosceret, indicare nō piget. Inuenit quendā virū animi habitu corporisq; fortissimū nomine palladiū qui tanta velocitate veredos agebat: vt tribus diebus perueniret ad terminos romanoruꝫ atq; persarum ⁊ rursus totidē remearet ad cōstantinopolim ciuitatē. Is enim etiaz alios romani imperij terminos velociter transibat. De quo q̄dā eloquentissimus sic ait. Iste vir cū sit lata romana respublica eam paruulā sua velocitate demonstrat. Queꝫ etiam persarum F rex sepius ammiratus est. Romanoruꝫ igitur imperator licet videret aperte sibi collatam a deo victoriaꝫ prouenisse/tamē pacē non dissimulauit expetere/misitq; helionē virum pꝛudentem ⁊ honoratuꝫ vt cum persis de pace loqueretur. Qui dū venisset mesopotamiam vbi erant fossata romanorum misit pro pace petenda legatariū quendaꝫ maximum virum eloquentissimū ardaburij militie magistri consiliariuꝫ. Qui pro pace veniens ad persaruꝫ regē missuꝫ se non ab imperatore sed a ducibus asserebat dicens: quia hoc bellū pro sui contēptu neq; peruenisset ad principes. Cumq; paratus esset vt legatarij verba susciperet: quia fame eius laborabat exercitus: veniens numerus qui apud eos

immortalium appellatur (est enim decem milia virorum valde fortissimorum) nō prius dixerunt pacē cum romanis esse faciendā: ꝙ ipsi eos sine custodia constitutos inuaderēt. Quibus verbis persuasum est regi vt se a pace suspēderet. Tūc legatarium quidē clausum seruari fecit/ ⁊ misit numerum immortalium dimicare cōtra romanos. Qui venientes in duas acies diuisi medios habuere romanos. Porro romani vnā persarum videntes aciem contra eam se preparabant aliā nō videbant ꝙ paulatim accessit ad pugnam. Cumqȝ ergo iam congressio pene esset in opere dei prouidentia ex quodā colle exercitus alter apparuit romanorum cū duce procopio. Qui cum videret socios in periculo instabat a dorso persarum. Tunc in medio cōclusi qui circundederāt primo romanos in momēto ab eis extincti sunt. Quo facto romani ad alios qui erant in subsidijs positi cōcurrerunt/ eosqȝ fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immortales appellantur oēs mortales apparuerunt penas exigente christo de gente persarum: eo ꝙ plurimos eius famulos occidissent. Porro rex persarū infortuniū sui causam agnoscens: simulabat se nescire quod gestum est. Suscepitqȝ legationē dicens legatario romanorum. Non bello cedēs pacem amplector sed tibi prestare volēs qȝ omniū romanorum te sapiētem esse cognosco: ⁊ hoc modo bellum propter christianos exortum de parthorum regiōe cessauit. Contigit enim consulatu honorij tertio decimo ⁊ theodosij decimo.

℄ Capitulum. xvi.



Tunc igitur acacium amide ciuitatis episcopū actꝰ optimus reddidit clariorē. Cū enim romani milites captiuos persarū de azazena regione vastata reddere regi parthorum nullo modo vellent captiui fame consumebantur dum essent circa septem milia: quod persarum regem non mediocriter contristabat. Tunc igitur acacius conuocauit clericos sibi subiectos: viri inquit fratres deus noster nec discis nec calicibꝰ opus habet. Nā neqȝ comedit neqȝ bibit. Et qȝ multa vasa aurea ⁊ argētea ecclesia nr̄a ex oblatione xp̄ianorū habet/ cōuenit ex his liberari exercitū captiuorū: egētibusqȝ cibos offerri. Hec ⁊ his similia cū dixisset/ cōflauit vasa ⁊ militibus dedit pretiū captiuorum. Quos dū recreasset cibis: datis sumptibus ad regē propriū destinauit. Hoc mirabile opus acacij persarum rex magis obstupuit/ ⁊ qȝ bello romani ⁊ bn̄ficijs eum vicissent. Aiunt enim quia etiā desideriū habuerit persarum rex vt videret acaciū sed hoc theodosius prohibuerit imperator.

℄ Capitulum. xvij.



Victoria siquidem auxilio dei collata romani plurimi pollentes eloquijs: conscribebant laudes imperatoris. Cuius vxor heroico metro poemata multa confecit. Erat enim eloquens filia leontij sophiste atheniensis a patre oibꝰ lectionibꝰ erudita. Quā dū imperator ducturus esset vxorē christianā atticus fecit eps: in baptismate cū prius vocaret̄ athenais eudochie nomen imposuit. Multi ergo sicuti dixi volētes innotescere: alij suā facūdiā demōstrare preconia imperatoris conscripserūt. Ego vero nec innotescere cupiens/ nec facundiā sermonis ostēdere cū veritate iperatoris bona memorare studeo qȝ sint dānosa si taceant̄. Primū itaqȝ regaliter natus atqȝ nutritꝰ nihil habuit tepidū sed sic fuit sapiens inter confabulātes vt experimentū omniū crederetur habere. Plerunqȝ ieiunabat ⁊ maxime quarta feria ⁊ sexta studio xp̄ianitatis nec aliter ꝙ monasterium regalia videbant̄. Ipse nāqȝ matutino ad suas sorores pgēs diuinas dicebat laudes. Quā obrē etiā sacras literas sine codice recitabat. Loquētibꝰ ep̄is velut olim sacerdos tactꝰ ex diuina lectiōe respōdebat. Congregabatqȝ sacros codices et quoscūqȝ dlibet eorum interpretes seu expositores ꝯscripsisse videbant̄ plꝰ ꝙ ptolomeꝰ studuerat filadelfus. Patiētia atqȝ clemētia vniuersis hoibꝰ eminebat. Nā iulianus imperator: licet philosophus diceret̄: nō tamē anthiochēsium portauit

iniuriam/sed maxime theodoro tormenta indignatus imposuit. Porro theodosius multū gaudēs syllogismis aristotelis:philosophiam exercebat operibus/iram tristitiā: libidinēqȝ deuincens ⁊ in nullo se vlcisci desiderans. Dum igitur a quodā familiarium interrogaretur cur nullū se ledentium morti subijceret: vtinam inquit esset mihi possibile ad vitaȝ etiā mortuos reuocare. Quem dū alter pro ea causa requireret: nō est inquit magnum neqȝ difficile hominē mori: quia neqȝ deo soli semel mortuum ex penitentia suscitare. Sic eñ fuit clemēs vt si qñ quispiam dignum aliquid morte cōmitteret: nec vsqȝ ad ciuitatis portas moriturus perueniebat: sed eius clementia continuo reuocatio sequebatur. Dū aliquo tempore ipse in amphiteatro cōstātinopoleos expectaret: cepit clamare popul⁹ crudele besti⁊ artifex parabolis pugnet. At ille nescitis inquit quia consueuim⁹ nos expectare clemēter. Tanta eñ pietate precellnit vt omnes quidem deo cōsecratos honoraret: precipue tñ quos audiebat veneranda actione pollere. Fert aūt quia dum cōstantinopolim eps chebronensis fuisset mortu⁹/sagum ei⁹ valde sordidissimū quesierit/eoqȝ circūamictus sit: credēs se aliquid ex defuncti sanctitate ꝓmereri. Cum aliqñ aeris tēpestas esset ⁊ ille circum ꝓpter populū expectaret: pleno circo tēpestas vehementius agebat/multo imbre diffuso. Dūqȝ hoc fieret suam voluntatem imperator aperuit/fecitqȝ per preconem clamari qȝ melius esset spectaculum contemnere ⁊ oēs rogare deū vt illesi ab imminente tēpestate seruarētur. Quo dicto cūcti deo magno gaudio supplicātes hymnos cōcorditer offerebant/⁊ tota ciuitas velut vna psallebat ecclesia. In medio autem horum imperator existens priuato schemate properebat. Nec spe sua frustratus est. Repente nanqȝ aer ad serenitatem diuina clementia reuocatus: annuȝ prebuit frugibus vniuersis vberrimum. Si quando bella mouerentur secunduȝ dauid confugiebat ad deū sciens eū preliorum autorem: inimicos orationibus superabat.

¶ Capitulum.xviij.



Post paululuȝ itaqȝ tēpus partici belli defuncto imperatore honorio/cōsulatu asclepiodoti ⁊ mariniani augusto mēse: quo ioannē tyrānū deo se cōmittēs superauerit enarrabo. Sicut eñ tunc sub moysen hebreis cōtigit rubrū trāsire mare/talia etiā ei⁹ ducibus euenerūt dū eos mitteret cōtra tyrannū. Defuncto siquidē sicuti diximus honorio principe cognoscens theodosius celauit factum: ⁊ alia dicendo diuersoruȝ suspitionib⁹ obuiauit. Inter hec mittit magistrum militū in salonas ciuitateȝ dalmatiarum: vt siqua belloruȝ commotio ꝓueniret circa partes hesperias vicinis adiutor esset. Quo facto mortē patrui patefecit. Inter hec ioannes primus imperialiū cōscriptorum nō ferens suā felicitatem imperium cōtendit arripere. Misitqȝ legatos ad imperatorem theodosiū petens vt eius susciperet imperium. At ille legatos quidē reclusit in carcere misitqȝ magistrum militū ardaburium qui multuȝ laborauerat apud persas: hic salonam veniens exinde nauigauit aquileiam. Contigitqȝ ventum aduersum flare ita vt tyranni manus incideret. Quo capto sperabat ad necessitatē peruenire theodosium: vt per hoc eum decerneret imperatorem si vellet magistruȝ militū liberare. Imperator tñ vt audiuit factū estuabat ne quid mali ardaburius sustineret. Aspar vero ardaburij filius B cognoscēs patrē a tyranno teneri multa millia barbaroꝝ in solatio tyrāni cōsistere qd faceret ignorabat. Quo tūc imperatoris orōne ꝑualuit. Angelus eñ dei sub schemate pastoris educebat asparem: et oēs q̄ cū eo erant ac p paludem adiacētē rauenne ad loca sperata peruenerūt. In camāqȝ ciuitate tyrannus degens habebat exercituȝ vnde nullus aliqñ transisse fertur. Tūc de⁹ ergo madibilē terram fecit adibilē. Trāseuntes nāqȝ per siccā paludis aquam apertasqȝ inuenientes ciuitatis portas tyrannum quoqȝ detinuerunt. C Tunc ergo pijssimus imperator reuerentiam quaȝ circa diuinis

tatem habebat ostendit. Dum eñ circū expectaret nūtiatū est ei tyrannum fuisse peremptū. Quāobrē sermonē fecit in populo dicēs: venite si placet, relinquētes hāc volūtatē ⁊ pergētes ad ecclesiā gratificos deo soluamus hymnos: cuius manus tyrāni ꝯsumptionibus obuiauit. Quo dicto spectaculo cessante p medium circū cūcti cū eo cōcorditer gratias agētes ad ecclesiā cōuenerūt. ita vt tota ciuitas vna videret ecclesia. Venientesq; ad locū orationis iugi die gratias dño retulerunt.

¶ Explicit liber vndecimus.

¶ Incipiunt tituli libri. xij.

i De ortu valentiniani principis filij placidie.
ij De bonis actibus attici constātinopolitani pontificis.
iij De ordinatione sisinnij ⁊ moribus ipsius ⁊ q; proclus ordinatus cizici nō sit susceptus.
iiij De ordinatiōe nestorij ⁊ q; sub eo in ecclesijs mala prouenerunt.
v De ephesino concilio contra nestorium.
vi Quō ioannes anthiochenus cirillum damnauerit.
vij De ordinatione maximiani constantinopolim.
viij Quāti epi ex alijs ad alias ecclesias sunt mutati.
ix Quō apud cretam quodā iudeo dicēte se esse moysen plurimi iudeorum deceptione sint mortui ⁊ reliqui facti sunt christiani.
x De magno incendio cōstantinopolim facto ⁊ morte maximiniani atq; constitutione procli.
xi De cōuersatione ⁊ moribus procli.
xij De victoria barbarorum.
xiij Quomodo filia theodosij valentiniano sit iuncta.
xiiij Quō corpus ioannis epi sit constantinopolim reuocatum.
xv Quō eudoxia vxor imperatoris ad hierosolymam properauit.
xvi Quia proclus thalassium senatorē autoritate sua cesarie capadocie fecit episcopum.

¶ Incipit liber duodecimus.

¶ Capitulum primum.

Igitur occiso tyranno cogitabat theodosius imperator cui deberet hesperiarū regna cōmittere. Tūc valētinianus erat valde puer natus ex matre placidia eius quidē amita filia xp̄o maioris theodosij archadij ⁊ honorij soror de pr̄e cōstātio q ab honorio imperij iura susceperat paruoq; tpe cū eo regnauerat. Hūc ergo valētinianū cōsobrinū suū cesarē factū: mittit ad partes italie: cum quo matrē pariter placidiā eiq; vniuersaz dispositionē cōmisit imperij. Cūq; voluisset ipse quoq; italiā pergere vt cōsobrinū ad imperij culmē eueheret: quatenus sui vigore tyrānorum remoueret audaciā: veniēs vsq; ad thessalonicā lāguore prohibitus est. Quāobrē coronā imperialē post hec cōsobrino p patricium stiliconem mittēs cōstantinopolim remeauit. Hec de talibus retulisse sufficiat.

¶ Capitulum. ij.

Igitur atticus episcopus causas ecclesie sapientia mirabiliter disponebat doctrinisq; populū ad virtutis studia prouocabat. Cūq; videret diuisam ecclesiaz cū ioānite seorsum apud semetipsos sacra solēnia celebrarēt: iussit vt in orationibus memoria ioānis haberetur sicut aliorum dormiētiū epōrum fieri ꝯsueuit: p hoc sperās plurimos ad ecclesiaz reuocare. Largus aūt sic erat vt nō solū pauperibus suarū parochiarū sed etiā in vicinis ciuitatibus multas pecunias p egentium cōsolatiōe trāsmitteret. Calliopio nāq; presbytero ecclesie nicene trecētos aureos dirigēs hec scripsit. Calliopio atticus in dño salutē. Cognoui decē millia esurientes in ciuitate apud vos exhibēda egere misericordia. Decē milliaꝰ cū dico multitudinē intelligo, nō pfectū numerū cōprehēdo. Quia igitur ego quidē habeo preceptū numerū datū ab eo qui manus habet munificā: ⁊ prebet cōgruis dispēsationibus ⁊ cōtigit aliquos indigere habentes non tñ qui nesciētes suscipiēs o charissimuz mihi caput hos trecētos solidos expende sicuti volueris: ⁊ maxime

illis qui petere confunduntur: et non eis qui ppter vite vẽtrem magis negotiant̃ ex talib⁹. Non igit vel religionẽ in hac parte cõsiderare sed vnã tantũmodo rez obseruavit nutrias idigẽtes: nec cogites si q̃ nostra sunt sapere nõvident. Sic igitur atticus etiã procul indigẽtiũ habebat curam sed etiã supersticionẽ aliquorũ studebat abscidere. Audiẽs etem̃ nouacianos iudaicũ pascha sequẽtes ppt sabbatiũ fuisse diuisos: eiusq3 corp⁹ ab insula rhodi vbi mortu⁹ fuerat trãslatũ et plurimos ad tumulũ eius orare nottãter/mittẽs in aliud sepulchrũ corp⁹ sabbatij iussit abscõdi. At illi cõsuete venientes effossumq3 reperiẽtes tumulũ ĩ cetero cũ locũ colere quieuerũt. Erat eñ circa nola locoꝝ studiosus. Nã dũ quidã portus in ore põti euxini cõstitut⁹ ex antiquo farmacus appellaret̃.i.venenari⁹ mutato noie cũ locũ senatoriuz nõlauit ne dũ ibi collecte pdicarẽt noie blasphemo loc⁹ ipse designaret. Sed et aliũ locũ argyropolim p huiusmodi causa nominauit chrisopolis.i.in capite bossori cõstitutũ: huius multi antiquoꝝ faciunt mentionẽ de qua ciuitate xenofon i primo libro helladicoꝝ dicit: qui a eam mutauit alchibiadis et in ea cõstituit vt qui nauigabãt de ponto: decimas ibi prebe rent. Uidens ergo atticus locũ in cõtraria ripa chrisopoleos positũ delectabilẽ et decorũ ait. Argiropolim in noiet̃. Qui locus eius repẽte cognomẽ obtinuit. Igit quibusdã dicẽtib⁹ ei nõ debere nouacianos intra ciuitatẽ missas facere. Nescitis inquit q̃tũ nobiscũ in persecutiõe cõstantij atq3 valẽtis fuerint passi q̃ etiam testes sunt nostre fidei. Nã cũ dudum ecclesia fuerit diuisa isti circa fidẽ nihil innouauerũt. Pro epi ordinatiõe aliq̃n veniens in nicea asclepiadẽ nouacianorũ vidit epm valde senem: interrogauitq3 quot in epatu annos haberet. Quo rñdente quinquagĩta. Felix inquit homo es tanto tempore boni operis curaz habens. Super hec ait. Ego quidem nouatũ laudo nouacianos non approbo. Tũc asclepiades. Quõ hoc dicis epe? Ueruz atticus: illũ inquit laudo qm̃ his qui sacrificauerãt cõicare nõ voluit: hoc etiaz egoipse fecissem. Nouacianos autẽ non laudo: quia pro vilibus vitijs laicos gratia cõmunionis excludũt. Asclepiadis dixit. Extra sacrificãdi lquit peccatũ etiã alia plurima sunt delicta scdm̃ scripturas q̃ ducunt ad mortẽ ppter quas vos quidem clericos: nos autẽ cõmunicare etiã laicos phibemus deo soli eoꝝ remissionis iudiciũ cõmittẽtes. Attic⁹ igitur etiã suã prescripsit mortẽ. Nam cuz a nicea discederet callipio pñbytero dixit: Ante autũnũ cõstãtinopoli z venire festina si viuũ me denuo videre desideras; Si tardaueris non videbis. Quo dicto mẽtit⁹ nõ est: Anno nãq3.xxj. sui epatus: decima die mensis octobris est mortu⁹: consulatu theodosij.x. et valentiniani ni cesaris primo.

Capitulum tertium.



Orto theodosius imperator a thessalonica reuertẽs eius exequias nõ inuenit: Ante vnũ nãq3 diez quã ingrederet̃ ille sepultus est. Post paucos vero dies.i.viginti tres mẽsis octobris nuntiatum est q valentinianus infulas suscepisset ipe rij. Post obitũ igitur attici fit maxima de epi ordinatione contentio: alij aliũ postulantib⁹ quidam philippum presbyterum querebant: alij pclu itẽ pñbyterũ. Sed omis populus cõmuniter desiderabat ordinari sisinnium qui et ipse presbyter quidẽ erat. In nulla tñ ciuitate ordinatur sed in suburbano constãtinopolis cui nomẽ oliua ẽ ministrabat; hoc suburbanũ est positum cõtra faciez ciuitatis vbi dies ascẽsionis saluatoris solẽniter celebratur. Huc ergo virũ omnes laici diligebant pro sui reuerẽtia: et maxime quia fouebat paupes vltra sui mensuram. Preualuit ergo votuz laicorum et sisinnius ordinat⁹ ẽ vicesima octaua die februarij mẽsis: consulatu sequẽti theodosij duodecimo et valentiniani iunioris secundo. Philippus autem presbyter cui pepositus fuerat sisinnius in historia christiana in qua triginta sex libros ipse conscripsit ordinationem sisinnij valde lacerauit derogans ordinato

& pariter ordinãtibus & maxime laicis. Is em philippus a ioanne epo dyacon° ordinatus: multa quoq3 cõscripsit cõtra iulianũ imperatorem/cuius tñ historia mihi multam videtur habere confusionẽ & nõ satis prodesse legentibus. Sisinnio igitur ordinato cõtigit epm obire ciziceni. Tunc sisinnius pclum in cizico cõsecrauit qui anteq3 pficisceretur ad ciziceni ciues recedẽtes palmacium monachum sibimet ordinarunt paruipendentes regulam qua iubetur preter cõstantinopolitanũ episcopum ordinationẽ fieri nõ debere. Quod ideo ciziceni neglexerunt: qr attico soli hec lex personaliter prestita videbatur. Mansit ergo proclus nõ habens ecclesiam propriam: qui tñ in doctrina ecclesiarum cõstantinopoleos valde florebat. Igit sisinnius cum duos in episcopatu compleuisset annos defunctus est cõsulatu hierij & ardeburij vicesima quarta die decẽbris mẽsis vir famosissimus castitate & rectitudine vite sue mãsuetus moribus sine vllo figmẽto remotus a causis. Quãobrẽ curiosis viris tristis & inefficax videbatur.

¶ Capitulum. iiij.



Efuncto sisinnio imperatorib° visum est nullum ex ecclesia cõstantinopolitana ordinare pontificẽ eo quod essent vane glorie & sibimet arrogãtes. Cum itaq3 multi philippũ plurimi pclum habere desiderarent interea ab anthiochia visũ est vocari debere antistitem. Erat enim ibi quidam nestorius nomine genere germaniciensis. bone vocis et simul eloquij. Ideoq3 cũ q̃sl opportunũ, doctrinis suo cauerunt. Cũq3 transissent tres mẽses nestorius venit ab anthiochia qui castitate iter plurimos precipuus habebatur. Quibus aũt fuerit moribus institut° sapientes a primo eius sermone nõ latuit. Ordinatus eñ decima die mensis aprilis consulatu felicis et tauri mox illam deuulgatam coram omni populo protulit vocem: faciens sermonẽ ad principẽ. Da mihi inquit o imperator terrã purgatam hereticis/& ego celũ tribuo: debella mecum hereticos & ego tecũ debellabo persas. Hec cũ dixisset lz quidã odio haberent hereticos tñ leuitas sensus ei° & indignationis initiũ et vane glorie tumor eis valde displicuit: quia neq3 paruulum tẽpus sustinẽs ad talia verba descẽdit & scdm puerbiũ vt ita dicã cũ neq3 ciuitate adhuc gustasset aquas psecutor feruentissimus apparebat. Quinta vero ordinationis die oratoriũ arrianorum in quo latenter cõueniebant auferre volẽs eos ad tantũ furorem perduxit vt eundẽ oratoriũ cõcremarent. Que causa etiam vicinas cõsumpsit edes turbaq3 vehemẽs inciuitateq pueniт. Verũ arriani semetipsos defendere pparabant: sed eoꝝ con siliũ custos ciuitatis dñs impediuit. De cetero aũt ipsum nestoriũ vocabant incẽdium nõ solum heretici sed etiã qui eius fidei cõcordabant. Non enim eos simile patiebatur sed semper cõtra hereses machinatus quantũ ad se subuertit fundit° ciuitatẽ. Nouacianos autem depopulari tentabat eo q3 paulus eorum episcop° preditus esse reuerẽtia diceretur sed proceres eius impetũ refrenarunt. Quanta vero circa asiam lidiam cariam: contra quartodecimanos mala commiserit et quanti propter eum circa miletum & sardis facta seditione sint mortui nũc omitto. Quam vero propter hec propter inefrenatam linguam receperit vltionem post pauca narrabo. Nunc itaq3 res memorabilis indicanda est. Quedam insula vltra rhenum fluuium est burgundionum. Isti vitam quietam agunt & pene omẽs fabri lignorum sunt ex qua mercede pascuntur: quorum regionem huni crebra inuasione vastabant & plurimos occidebãt. At illi licet anxietate cõstricti ad nullum se tamen hominem cõtulerunt: sed alicui deo se cõmittere cogitabant. Tũc audientes qr romanoꝝ de° fortiter adiuuat se timẽtes: oẽs cõi cõcilio ad credulitatem christi cõfugiũt. Venientesq3 in vnam ciuitatẽ galliarum rogabant: vt ab epo christianorũ baptisma mererẽtur. At ille eos septẽ dieb° faciẽs ieiunare & imbuens fide baptizans eos octaua die abire pcepit. Qui sumpta fiducia cõtra tyrãnos alacriter festinabant

